

Johann Joachim Schoepffer Georg Adam Schleusing

Disputatio Iuridica De Usu & Abusu Elenchi Ecclesiastici Eiusq[ue] Praemiis Et Poenis

Rostochi[i]: Weplingius, 1699


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741718111>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. Maj.1699

Schoepffer, Joh. Joach. /6



11.
225.
34

I. N. D. N. J. C.

DISPUTATIO JURIDICA
DE
USU & ABUSU
ELENCHI ECCLESIA-
STICI EJUSq; PRÆMIIS
ET POENIS

QVAM
SACROSANCTA FAVENTE TRIADE,
CONSENSU ILLUSTRIS JCTORUM ORDINIS,
IN CELEBERRIMO AD VARNUM ROSETO,
SUB PRÆSIDIO

VIRI CONSULTISSIMI αὐτῶν EXCELLENTISSIMI

DN JOH. JOACH. Schöpffer

J. U. D. PROF. PUBL. FAMIGERATISSIMI, COMITIS
PALAT. CÆSAR. ET CONSIST. DUCAL MEGA-
POLENSIS ASSESS. LONGE CELEBERRIMI,
DN. PATRONI αὐτῶν STUDIORUM PROMOTORIS
ÆTERNUM COLENDI, OBSERVANDI,

D. MAJ. 1699.

PLACIDÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI
PUBLICÆ SISTIT.

AUTOR

GEORGIUS ADAMUS Schleusing.

L.L. STUD.

Κύριε, δός τις δόλοισ σε μετά παύρησίας πίσης
λαλεῖν τὸν λόγον σου. ACT. IV XXIX.

Rostochl Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

1699


DISPUTATIO JURIDICA

DE USU & ABUSU

REVENCHII ECCLESIAE
STICI R[ati]o: PRÆMIIS
ET FORNIS

SACROSANCTA FAVENTE TRIADE
CONSENSU ILLUSTRISSIMORUM ORDINIS
IN CELEBRATIONE AD VARIAM CAUSAM
SUB PRESIDIO

DM. JOH. JOACH. COPIER



IN D. PROE. PUBLICA
PALAT. CASAE
POLENIS A
DM. RYKOWI

PLACIDE ERUDITORUM REVISIONI
AUCTOR

GEORGIUS ADAMUS

ROSTOCKI Typis JOH. W. ELLINGH. J. 1788



PRÆFAMEN

Quam primum animo promittere non dubitavi, publico quodam specimine, quantum in severioribus hactenus profecerim Musis, eruditis exponere. Dubius tamen hæsi, quodnam argumentum præ aliis limandum deligerem. In tritis enim & ad nauseam usque discussis, operam collocare inanem, congenita mihi indoles recusabat. Novum quoddam moliebar scribendi genus, ventilatum nunquam, nunquam productum in scenam. Quod cum voverem mecum sæpè multumq; proverbium deprehendi veri verbum: *Nihil novi sub sole.* Enim vero eadem semper luditur fabula, commutatis tantum personis. Dico: Vertuntur in orbem omnia & cum negotiis, ingenii quoque cõmentata reviviscunt. Quæ seculi nostri colimus atque miramur inventa, non heri putemus aut nudius tertius nata; prisca sunt, novis tantum autoribus incrustata. Cartesium pensitemus, Deus bone! quantum virum quantum Philosophum! quò verè inter omnes Philosophantium sectas non reperitur sincerior, & qui penitus abdita rerum scrutetur. Ut mirer, quâ fronte qui contra lectissimam ejus familiam leoninam induunt, philosophe de Carte, seu chartaceum philosophum, nomini illudentes, eundem appellitent. Putabimus autem novum esse, quod condidit nobis, Systema? Imò verò id nunquam crediderit, qui veterum philosophorum memorias curatius aliquantum pervolvit. Lullremus-

A:

anti

antiquitatem, veterumq; scriptorū perquiramus bibliothecas, ubiq; deliciarū Cartesii inueniemus vestigia, & abunde, quod de Oratoribus Atheniensibus in proverbio quondam fuit, de Cartesio quoque rectè dici, dabimus: ὅφει εἶν μὴ Φάση ὅφιν μὴ γενήσεται δράκων. Erudite id, ut solet, in aureolo *tract. de Curiosis seculi hujus inventis p. m. 12.* deducit, literatissimus Paschius. Cui pollicem premit *πλυμαίεσσι* Morhofius *polyb. Liter. L. 1. c. 1. p. m. 18.* Platonem refingere Cartesium in his: Sensus fallere, de omnibus esse dubitandum, & sola mente nos percipere, quicquid percipimus, ingeniose asserit *Ehrg. Dan. Collberg, Wismar. ad D. Nicol. edes, cum esset in vivis, Pastor vigilantissimus, in eruditissimis, quas de sapientia veterum Ebraeorum per universum orbem dispersa, conscripsit, Dissertationibus, Diss. 5. p. m. 102.* Neque id ignoravit Serenissima Sveciæ Regina Christina. Ideò enim dissuadenti aliquando lectionem Platonis Cartesio, respondisse fertur: Non debere eum improbare evolutionem autoris, cui tantum debeat Philosophia Cartesiana. Ipse quoque Aristoteles *c. 2. L. 1. Metaph.* cum politionis latinitatis parente Cicerone *L. 4. offic.* dubitationem Cartesii inculcat, quo de Vid. Ludov. de la Forge *in præfam. de mente humana.* Quod bestias sensu priuet Cartesius, passim Aristotelis sectatores eum confo-diunt. Non tamen adeo nova est hæc doctrina, ut ab ip-sius demum temporibus derivari debeat, quin testis est Morhofius *de paradox. sens.* Gometium Medicum Hispanum ope-rosum eà dere & 30. annorum librum edidisse, Methynæ anno. 1554. typis exscriptū. Referas hucliket, quæ *ex politis-sima Dissertatione Petri Bælii, La bête transformé en machine* recenset Thomafius *in Diss. præmiali, quam Jurisprudencia divina præmisi §. 40. p. m. 37. seqq.* Imò non defuit, qui ipsius vetustissimi scriptoris Mosis, pleni Deo vatis Carte-sium

PRÆFAMEN

5

fium inhærere scitis, adstruere laboravit, quod apud sapi-
 us laudatum Morhofium *in polyhistoro literario* me legisse
 recordor. En igitur ut nullum est jam dictum, quod non
 sit dictum prius! Eadem autem, quæ de philosophorum
 decretis differui hæctenus, in legitima etiam scientia usu
 venire, non ignorabunt, quos intra velum sanctiores Mu-
 sæ docuerunt; Eò nimirum disjecta literarum nube, quæ
 superior ætas involuta jacuit, legum eruditio devenit ho-
 diè, ut desit fermè, quò se ingenii humani industria am-
 plius extendat. Imò lacrymis cum Alexandro, omine non
 minus, quàm nomine magno, perfundere tur, qui omnem
 propemodum enitendi occasionem, à venerandis senibus
 nostris, Carpz. Harprechto, Brunnemanno, Lauterbachio,
 Mevio, Strykiis, Lynckio, Linckero & aliis præripi at-
 tendunt, nisi solatii ad instar esset, in unū non colligi omnia,
 quæ scriptis eruditorū passim legimus interspersa. In his
 colligendis, in his componendis, laborandū posteritati erit,
 eritque sudandum. Et hoc est, quod ipsemet præsentī Dif-
 fertatiuncula exprimere debui. Speciatim *Elenchi Eccle-*
siaſtici usum & abusum, à Jctorum quodam excussum non
 memini; composui ergò & cœgi in ordinem, quæ apud
 Doctores hinc inde licuit reperire. Arduum hunc esse la-
 borem & majus molientis viribus non diffiteor; Præcepi
 hoc mecum, & in animo peregi ante, frontem tamen sumsi,
 cum robur in ambiguo posito adderet, quod & cadere pul-
 crum præclara conatis dicatur. Quod si non probaveris
 omnia L. B. quæ pagellis his conclusa leges, animum tamen
 probabis, opinor, probabis conatus, cum in magnis vo-
 luntas etiam laudem mereatur, vires si defint. Vale L.
 B. & humanitate tuâ, ingenium meum, literarum cupidif-
 simum, prolice, in justum habitum finge, firma, robora.
 Vale iterum mihiqve fave.

A3

CAP.I.

CAP. I.

GENERALIA ELENCHI ECCLESIASTICI SISTENS.

SUMMARIA.

Ambigua tituli evolvenda sed paucis. n. 1. 2. Elenchi Etymologia n. 3. 4. Ejus Homonymia. n. 5. 6. 7. — 14. Synonymia, n. 15. 16. 17. 18. termini Ecclesiastici evolutio n. 19. 20. — 26. Definitio Elenchi n. 27. 28. Definitio Elenchi Ecclesiastici. n. 29. Elenchus in doctrinalem dividitur & moralem. n. 30. Moralis iterum in generalem & specialem n. 31. Verbis tantum castigandi auditores non verberibus n. 32. Hinc quaritur: An rectè secularis potestas cum Ecclesiastica jungatur? Gladius temporalis cum baculo pastorali? n. 33. In utramque partem produciuntur Doctores n. 34. Negativa statuminatur (a) exemplo Christi & Apostolorum. (b) interdicto Christi & Apostolorum n. 35. (c) gravitate ministeris Ecclesiastici. n. 36. — 41. (d) praxi primitive Ecclesie n. 42. — 48. ab hac praxi nostri seculi Mores recesserunt n. 49. 50. Origo Dominatus Ecclesiastici exquiritur n. 51. 52. 53. judiciumq; de eo subjicitur n. 54. 55. Usus Epianorthoticum à Prophetis etiam Christo & Apostolis adhibitum fuisse docetur n. 56. 57. 58.

1.

Antequam interiora adyta recludenda sumam, quæ in frontispicio Disputationis occurrunt ambigua, evolvenda duco. In more enim scriptoribus positum est, vocabulorum, quæ titulus complectitur, enodatione, laboribus suis prælu-

2.

dere, & juvat lectorem, si præmonitus, & non illois, quod Jctus ait, manibus, ad lectionem scripti accedat. Circa obvia tamen & nullis difficultatum nexibus involuta, in-præsens non diffuam. Quid præmii, quid pœnæ nomine? quid usus quid abusus vocabulo veniat? non erunt, qui ignorabunt. Quare in rebus ampullari quæ vel leviter eruditus notæ sunt atque perspectæ, meum non esse existimo. Uberiorempalmaria Differtationis hujus voces desiderare li-

mam

ECCLESIASTICI SISTENS

mam videntur. Sunt illæ: Elenchus Ecclesiasticus. Ter-
mini igitur Elenchi originationem quod concernit, illam a
græcis, quibus ut disciplinas ita nomina quoque multa debe-
mus, arcessendam esse, nullus dubito. scilicet:

Græcis ingenium, Græcis dedit ore retundo.

Musa loqui

ut Horatius testis est in arte v. 321. Descendit autem Elenchus
ab ἐλέγχῳ voce cum apud profanos, tum apud hagiogra-
phos scriptores usitatissima, cujus exempla inferius pau-
lum cumulo. Inde ἐλεγμῶδες, ἐλεγμῶδες & præfens ἐλεγμῶ,
ἐλέγχῳ ἢ ἐλέγχῳ, quod res in luce collocet argumentum &
criminatio.

Cum verò æquivocatio fecunda errorum genetrix fit,
nā πολυσημία vocis nobis imponat, ad illam præ omnibus
submovendam me accingo. Enim verò longè lateq; patet
vocabuli hujus usus. Quandoq; Elenchus syllabum denotat
seu Indicem. Sic dicitur: Elenchus librorum Plinii i. e. Syl-
labus, seu Index librorum Plinii. Alias uniones fastigiata
longitudine, ovali figura, hoc nomine veniunt langlichte
Perlen / unde Juvenalis Satyr. 6.

Auribus extensos magnos commisit Elenchos. Quo
de legantur quæ erudite annotavit in Tractatu de modo
usurarum illud eruditorum delictum Claudius Salmasius, cu-
jus famigeratissimum nomen nudato semper ex capite citavit
Cabellavius Professor Juris Amstello. haud vulgariter
doctus v. Les bons mots du Mfr. Sorbier, p. 5 In legitimo etiam
opere hoc modo usurpatur Elenchi vocabulum L. Pediculis
32. §. 8. ff. de aur. & arg. legat. Vid. ibi Gothofr. in not. n. 57. Sed
hæ quidem significationes huc planè non spectant. Va-
lere igitur his iussis, illas pensitabo curatius, quæ intimi-
us meum tangunt negotium. Hic verò cum Joh. Be-
ned. Carpzovio magni neminis apud Lipsienses Theo-
logo, ἡν ἐν ἀγίῳ, in limatissima Dissertatione, quam de E-
len-

- lencho Spiritus Sancti catholico inscripsit per διχονομίαν ad duas classes, omnes τὰ ἐλέγχειν significaciones refero *V. laudata Diss. S. 2. S. 37. seqq.* qva cum conferatur Mauriti^{us} de Officio Christianorum Elenctico cap. 2. §. 9. Scapula *Lex. Græc. hac voce* & Anonymi cujusdam Angli *Clavis Homer. in Ἰλιάδ. β. n. 236.* Significat enim τὸ ἐλέγχειν (1.) redarguere, coarguere, convincere, constringere aliquē validissimis rationibus (2.) significat reprehendere, objurgare, corripere, duris in aliquem verbis invehī. Priori in significato reperitur apud Aristophanem in *Pluto act. 2. sc. 5. καὶ οὐ γὰρ ἐλέγξαι μ' ἔπω δύνασσι πρὶ τὰ τε* quod Frischlinus vertit. At tu istorum nescis convellere quicquam. Alii: Tu de illis rebus nunquam potes convincere. Vitulo tamen utriusque digni. Inde ἐλιγκητοὶ λόγοι libri seu sermones ad redarguendum compositi & ad convincendum eos qui contra disputant, apud Fabium Quintilianum Rhetorem Hispanum dicuntur *L. 2. c. 15.* Sacrae paginae hanc tradunt significationem *Job. 8. 9. 46. 1. Cor. 14. 24. 7. Tim. 4. 2. Tit. 1. 9. 13.* In posteriori acceptione hac voce utitur Xenophon, cum inquit *ὡ ἐρῶν ἡμάρτανον ἐλεγχομένοι ἤχθοντο.* Et alibi *ὁ θεὸς ἐλέγχεσθαι γέλοι.* Divina quoque oracula ἐλέγχειν pro reprehendere haud simplici ponunt vice. *Matth. 18. 15. Luc. 3. 19. 1. Tim. 5. 20. Luc. 2. 9.*

Visis haec tenus famosioribus verbi ἐλέγχειν notationibus, nunc quænam Disputationi meæ sit magis propria excutiendum erit. Dico: Utramq̄. Sic Elenchus hic denotabit, convictionem non solum de errore aut peccato, sed correptionem etiam seu reprehensionem, ejuscemodifci-
 12. licet, quæ verbis fit, & qualis est Patris in γησίαις, filios, non qualis est hostis in hostem. Hunc in modum Mauriti^{us} *L. c. §. 9. τὸ ἐλέγχειν* quod *Matth. 18. v. 15.* reperire est, & quod plane hujus est loci, interpretaur: ἐλέγχειν ἐνθυμῶν, est, peccatum

ECCLESIASTICI SISTENS.

tum admissum in memoriam revocare, peccati gravitatem peccanti ad oculus demonstrare, argumentis & rationibus ex scriptura & natura luce petitis convincere peccantem, atque sic ad Tribunal Dei, quod in conscientis Deus sibi erigit, citare. Hæc ille. Cui prorsus ὁμοψήφως loquitur aurei oris Pater Chryostomus Homil. 61. in Matth. Nihil aliud est arguere, quam in memoriam ejus peccata reducere, & ad eum qua passus est exponere.

At enim, forsan illi miniatulâ, quæ dicta sunt, cerâ notabunt, quibus ἐλέγχον ad errores in doctrina, ἐπαγόρθωσιν 13. verò, ad vitia morum referre vitium fuit, & qui per illum opinioniones τῶν ἐπεδιδασκαλῆτων argumentis è scripturâ lumine petitis destrui; per hanc verò mores auditorū emendari & corrigi, adstruere conantur v. Joh. Ludov. Hartmann. Diss. Inaug. de Elencho morali. His respondeo, licet 14. distinctionem istam ἐλέγχε & ἐπαγόρθωσεως inter Theologos usu receptam improbare non possim, cum robur plenissimum ipse Spiritus S. 2. Tim. 3. v. 16. illi accommodet; Nulam tamen mereri stricturam illos, qui de moribus corrigendis vel emendandis ἐλέγχε vocem usurpant, communi cum profanorum tum sacrorum scriptorum usu, ad factietatem usque id conficiente.

Quod ad significationem ἐλέγχε ultimo exhibitam 15. loco spectat, quatenus criminationem denotat, accusationem & reprehensionem, consimile ipsi est vocabulum ἐπαγόρθωσις, quod alii speciatim morum emendationi accommodant. ἐλέγχεν vero, sacro præeunte Codice, exprimitur per 16. ἁπλοσμιζεν Tit. 1. 11. & 13. per ἐλέγχεν ἀπ ὁμοιωσι, respondetque verbo Ebræo חָקַק Gen. 21. 26. 31. 37. 41. Lev. 19. 17. 2. Reg. 7. 14. Job. 5. 17. & 9. 33. P. 6. 1. V. Kircheri Concord. & Opitii Lex. Hebræo-Chaldee Biblic. h. voc. quò docente חָקַק idem est ac corripere & argue. Plautus castigandi voce utitur: 17.

B

Amia

*Amicum castigare ob meritam noxiam
Immune est facinus, verum in etate utile
& conducibile.*

18. Germanicè Elenchum dicimus *Eine Überführung/ und Wiederlegung/* vel *eine Scheltung oder Bestrafung.*
19. Sic consideravi terminum Elenchi, hunc in titulo terminus Ecclesiastici excipit, qui deducitur à græco *ἐκκλησία*, hic *ἐκ τοῦ ἐκκληλῆν*, & æque variis involvitur ambiguitatibus,
20. in quibus replectendis passim defudant Theologi. (1.) sumitur pro quocunq; cœtu, sive is ad sacra peragenda conveniat, sive negotiis profanis ac Politicis curam intendat. (2.) pro congregatione fidelium, qui cultus DEO præstandi causâ congregantur. (3.) Pro loco in quo religiosus cultus celebratur. Brochman *System. Theol. T. 2. L. de Eccles. S. 1. Q. vensted. System. Loc. de Eccles. P. 5, c. 15. Sect. 1.* Dieter. *Inst. Catech. L. de Eccles. qv. 2.* Pro cœtu sacro accipitur Ecclesia, quando termino Ecclesiastici, ut hic supponitur, originem dare dicitur. Vernacula nostra Ecclesiam vocamus *eine Kirche.* Num à græco *κυριακή* quasi dicas: *Dominica domus etu Gottes Haus*/ nunc in controversiæ aleam vocare nolo. V. interim Dieter. in *Inst. Catech. l. c. p. m. 432.* id asserentem. Illud in aperto positum est, maximâ omnino Idiomatis germanici cum græco esse convenientiam. Ut facile inducar quo in Berneggeri concedâ sententiam, quam in *qv. 2. ad Tacitum* expressit: ob maximam græcæ lingvæ cum germanica affinitatem autores græcos à pueris dicentibus non
24. latinè sed germanice esse explicandos! Quod uno alterove exemplo ut probè, quid græcorum *α* privativum aliud est quam Saxonum *Abn* / e. gr. *ἀγνωστος* Ignotus. Saxonice *Abnwāhten*. Infinita fere derivata ab *ἵστημι* statuo & *ἵσταμι* sto, ejusdem originis sunt cum germ: *siehen* & Saxonum *stahn*. Præfixum illud jota ortum videtur eundem habere cum

cum germ: *Jch* / Saxon. *Jch*. quod & Angli per simplex *J*.
 efferunt: Græcorum *κῶφ* significat etiam osculari, in reliquis
 temporibus assumit *σ* & tum convenit cum Germanorum
Rüssen. Sic Aristrophanes: *κῶφόν με καὶ τὴν χεῖρα δὲς τῶν*
δεξίων *Rüsse mich und gieb mir die rechte Hand*. Græcorum
βωδῆς quomodo idem cum Germanorum *Boden* docet Cri-
 titorum coryphæus Vossius *ad Casullum* p. 212. Eorundem
χῆμα idem esse quod Germanorum *Scham* eruditè ut so-
 let *de 4. linguis* p. 354 *seq.* demonstrat, Isaacus Casaubonus,
 qui literis humanioribus præsertim græcis maximum &
 invidendum decus attulit sæculi sui phœnix, & si merita ejus
 reputamus sine exemplo maxima, omni invidiâ major, ju-
 dice *ὀνομαστότατῳ* Wittebergenfium polyhistoro Schurtz flei-
 schio *in Colleg. MSS. de eruditis sæculi XVI.* §. 160. Innumera
 talismodi liceret confectari exempla, sed in sti uti recla-
 mat ratio & peculiari, si Deus volet labori, Græcæ & germa-
 nicæ lingvæ origines servabo. Ut redeam in or-
 bitam, ab *ἐκκλησία* derivatur *ἐκκλησίαζα*: hinc *ἐκκλησιασῆς* &
 demum *ἐκκλησιαστικῆς*. Ex quibus præfatis tardissimus
 quisque intelligit Elenchum Ecclesiasticum, eum hic loci
 esse Elenchum qui à Concionatore seu Sacerdote in cœtum
 sacrum, animæ suæ à Deo concreditum, exercetur.

Missa igitur verbali terminorum explicatione, ad
 realem, Elenchi nimirum Ecclesiastici definitionem pro-
 gredior, quæ ex discussis hactenus, non difficulter exstrui-
 tur. Generatim Aristoteles *L. 1. soph.* Elenchum definit
 quod sit: *Syllogismus cum Contradictione Conclusionis*: non
 adeò male, modo æque clarè. Dilucidius saltem, si non
 accuratius, *per aperitam erroris demonstrationem, & ad*
veritatem deductionem, describitur. Speciatiim verò & in
 hypothesi Elenchus Ecclesiasticus est: *Admonitio audi-*
toribus compendiosa, quæ eos verbis Divini Ministri, ab erroribus

Bz

Speco

Speccatis, vel conservare, vel revocare, & ad veritatem aique virtutem reducere nituntur, monendo confutando, reprehendendo, hortando pœnamq; & iram Dei denunciando.

30. Ex qua Definitione ultro patescit, duplicem esse Elenchum Ecclesiasticum, Doctrinalem alterum, alterum moralem, prætermisso illo, circa moralem Elenchum præ-
31. fens occupabitur Disputatio, qui à Theologiæ pariter & Jurisprudentiæ Doctoribus, in generalem iterum & specialem scinditur: Ut generalis sit, quando in peccata invehuntur sacerdotes. Specialis vero, quando in ipsos peccantes libero impetu & mordacissima oratione declamant, eosdemque vel nominant expressè, vel ita perstringunt ac vivis quasi coloribus depingunt, ut nemo non, qui eam illi sint, intelligat. Semper autem verbis tantum, nunquam verberibus castigant auditores, gladio oris utuntur, non ore gladii. Nusquam enim apud nostrates facultas sacro conceditur Ordini pœnis corporalibus legis divinæ transgressores coërcendi.
32. Qua occasione, quæstionem hic lubet subnectere, huic; ut puto, loco non incongruam: An recte secularis potestas cum Ecclesiastica jungatur? gladius temporalis cum baculo pastorali? Magnopere contentionis ferram circa controversiam hanc reciprocarunt invicem Juris Publici Doctores. Negant Joa. Limn. *Jur. publ. L. 3. c. 3. n. 2. seqq.* Henn. Arnisaus *de Immunitate Clericorum c. 1. f. 18.* Justus Schütz. *Vol. 1. Exerc. 8. lb. 4. p. 605.* Befold *De Majestate in genere c. 3. n. 4. seqq.* & multi alii, quos allegare liceret, nisi lectam manum mallem in aciem producere, quam turbam inconditam. Affirmant contra Reink. *d. R. S. & Eccl. L. 1. Cl. 4. c. 9.* Befold. *in thesauro practico voce Geisliche.* Arumeus *de Comitiis c. 4. n. 98.* Wintzlerus *de juris dictione, Episcop. German. Tit. 21.* cum plena manu allegatis à Mylero ab Ehrenbach
33. Archolog, *Ordin. Imperial, c. 16. n. 13.* Ex his negativam tuentes

entes, haud ficulneis utuntur rationibus, quas inter (1) exemplum Christi & Apostolorum. *Matth. 20. 128. Luc. 12. 14. Job. 6. 15. Job. 18. II. Act. 6. 12.* (2.) interdictum Christi & Apostolorum *Matth. 10. 25. Marc. 10. 42. Luc. 22. 25. I. Petr. 5. 3. & 1. Tim. 2. 4.* Prolixius hæc urget D. Olearius *Disp. de Episcop. primitiva Eccles. & moderna discrimine S. 2. cap. 1.*

(3.) Ipsa muneris Ecclesiastici gravitas. Cui rite defungendo vix integer homo par est, nedum divisus in partes & alienis districtus negotiis. Hoc intuitu Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos & cæteros Clericos personalium munerum expertes esse præceperunt Imperatores Valentinianus, Valens & Gratianus *L. 6. C. d. Episcop. & Cleric.* Hinc ab omni tutela arcentur Episcopi & Monachi, reliqui vero Clerici, Presbyteri scilicet, Diaconi, Subdiaconi & infra dignitatem Episcopi constituti, ad tutelam quidem legitimam admittuntur volentes, à reliquis vero arcentur pariter *Novell. 123. c. 5.* ut, quæ verba sunt sacratissimi Imperatoris, in *L. 52. C. d. Episcopis & Cleric.* Omnibus aliis derelictis Dei omnipotentis ministeriis inhaereant. Nimirum duobus monstris domandis ne Hercules quidem satis est, & qui duabus rebus difficilimis curam simul intendit, verendum ne phaëthontis pænas luat. A primis cunabulis in unis Divinis oraculis imbuendi probe sunt & instituendi, qui culmen aliquod sublimioris eruditionis conscendere volunt. Ad sceptra igitur accedet tanquam asinus ad Lyram, qui non meditatús accedit. Ut verè omnino mirum artificem Britannorum Rex Richardus se dixerit, cum ex vetusto Episcopo Dunelmensi novitium Comitem fecisset, quod ex Neubricens. *L. 5. rer. Anglic. & Choppin d. sac. pot. for. L. 2. Lit. 1. n. 12.* Limnæus recenset *Jur. Publ. Tom. 1. L. 3. c. 3. n. 7.* Perspexit id prudentissimus Imperator Ludovicus, quare in *Enact. public.*

- public. contra Job. 22. quod apud Aventinum legitur *L. 2. an. nal. Boj.* non bene convenire scribit, nec sede in una morari, præfalterium & cytharam; crucifixum & summam potestatem; militem & sacerdotem; imperatorem & pastorem; Cæsarem & nuncium, Dominum & servum.
42. Accedit his (4) simplicissima primitivæ Ecclesiæ praxis, adeò simplex, ut ne ipsi quidem sacrarum literarum Antistites, dignitatis splendore, alii aliis antecellerent. Non equidem ignota penitus primis Ecclesiis fuere, Episcoporum & Presbyterorum nomina, verum eandem notabant dignitatem, idem officium, nullius eminentiæ nullius prærogativæ signa. Id quod complura S. Cod. N. T. loca haud obscure loquuntur interque ea *Actor. 20. 17. & 18. Tit. 1. 5. & 7. 1. Petr. 5. 1.* Vid. de hac Episcoporum & presbyterorum *ισχυρία* aut verius *αυθεντια* J. Chr. Becm. *Synagm. Dignit. Illustr. Diss. 15. c. 2 §. 3* D. Joa Olearius in *Diss. de Episcop. primitivæ Ecclesiæ & modornæ discrimine. S. 1. c. 1. §. 2. seqq.* in primisq; qui integris tractatibus exactissime hanc materiã illustratam dederunt, eruditissimus Dav Blondellus *illustri opere Apologia pro sententia Hieronymi* (quam prolixissime apud Hieronym. leges in *ep. 85. ad Evagr.*) de *Episcopis & presbyteris.* & accuratissimus Theologus Dn: D. Hultemannus *Tract. de Ministro Consecrationis & Ordinationis sacerdotalis.* Tantum vero abest, ut secularem sibi sumserint potestatem, ut ad ipsum quoque Ecclesiæ regimen seniores à laicis admitterint, qui ordinem Ecclesiæ & disciplinam moderarentur. Testis est hujus rei ipse Apostolus *1. ad Tim. 5. 17.* verba ejus hæc sunt: *οι καλησ περιωτης πρεσβυτη εσ. δια της ηλικιας δεξιαστωσαν, και λιττε οι νεωτων ησ εν λογω και διδασκαλια.* Dum seniorum hic meminit Apostolus, quos præcipue præ aliis senioribus honorare oporteat, nempe qui laborant in verbo, inquit fuisse seniores qui in verbo non laboraverint i. e.
- Lac:

Laicos, uti ex hoc loco erudite concludit, nunquam sine
 elogio nominandus Plur. Reyer. Dn: Fechtius, Præcep-
 tor quoque meus ad urnam colendus in *Colleg. MSS. ad Re-*
chenberg. Epit. hist. Eccl. seculi 1. §. 10. Calculum ipsi beni-
 gnissime mittit D. Calovius *ad citatum Pauli locum & Mauri-*
tius de officio Christian. Elenct. c. 3. §. 1. cum magna gravissi-
 morum Patrum copia, Tertulliano, Origene, Ambro-
 sio, Cypriano, Chrysostomo, Theophylacto, Oecume-
 nio, quos sententiæ suæ testes adducit Mauritius *loco pro-*
xime citato. Add. Dav. Blondelli *libellus de jure plebis in re-*
gimine Ecclesiastico. Erant hi Seniores jidem ferme in pri- 46.
 ma Ecclesia, qui apud Romanos & Carthaginenses mo-
 rum Præfecti, de his lege Buchner. *in not. ad Corn. Nepot.*
vit. Hamilc. c. 3. n. 2. Rosin. Antiquit. Roman. L. 7. c. 10. Potissi-
 ma enim ipsorum cura, in observanda Christianorum vita
 residebat, & componendis moribus ipsorum, ne fordi-
 bus gentilium, quorum in medio degebant, Christi sacris
 initiati se polluerent. Vestigia priscae consuetudinis Ec- 47.
 clesiasticorum judiciorum in ordinatione Argentinensi ex-
 pressa cernuntur V. Maurit: *l. c. §. 6.* Testantur quoque 48.
 de simplicitate veteris Ecclesiæ Canones, dicti Apostolici,
c. 6. Episcopus aut presbyt. can. 80. dicimus c. 82. Episcopus qui
 licet Apostolici non sint, nec illud antiquitatis culmen attingant,
 in quod collocant ipsos Pontificiæ Religionis addicti,
 quod multis rationibus demonstravit Ziegler. *Diss. de orig. Jur*
Canon. lib. 9. 10. seqq. antiquissimi tamen sunt, & multæ apud
 Pontificios autoritatis V. Petr. de Marca. *de Concord. sacerdot.*
Imp. L. 3. c. 2. n. 23. illustr. Dn. Stryk. *Prologom. Jur. c. 8. d. 3.*
 Sed quæ hodie rerum humanarum est facies? Ipsam 49.
 secularem potestatem (ut dignitatum apices taceam) in
 plerisque regnis invasit Ecclesiasticus ordo. Myler ab *Ch.*
 renb,

- renb. *Archolog. Ord. Imper. c. 16. n. 7. seqq.* J. C. Becm. *Syntagmā dign. ll. Diff. 15. c. 2. §. 2. seqq.* Maxime in Imperio nostro Germanico-Romano ubi Episcopi & Prælati superioritatem territorialem cum Principali dignitate conjunctam tenent, unā cum possessione tot civitatum, villarum, pagorum ac subditorum. Quam sacri Ordinis in rebus secularibus potestatem, Ottonismum vocant Doctores.
50. Plerisque enim, ut *Limnæo Jur. publ. L. 3. c. 3. n. 2.* *Vitriario in Inst. Jur. Publ. L. 1. T. 15. §. 5.* ejusq; Adnotatori *in notis lit. b. Lehmanno Chron. Spirensi. L. 4. c. 3.* & aliis, Otto Magnus primus omnium jurisdictionem secularem territorialem cum regalibus concessisse dicitur Brunoni Archi-Episcopo Coloniensi, fratri suo, teste Wittekindo ejusq; exscriptore Urspergense, non filio, qui error est Adami Bremensis *hist. Ecclesiast. c. 5.* notante *Limnæo l. c. ex Gryphiano. de Weisbild. Saxon. c. 28. n. 11.*, de quo vetus scriptor *in Chron. Erfurt. MSS. in Palukōi: Das dauchte damahls unbillig manchem Mann.* Alii tamen auctoritatem *Helmoldi. L. 1. c. 4* sequentes à Ludovico Pio originem sacri Dominatus arcessunt. Conciliant multi has duas sententias, quod
51. Ludovicus ex Comitibus vacantibus Episcopatus fecerit atq; Episcopos ad Comitata vocaverit. Otto vero I. regalia in ditionibus concesserit, observante *Lysero in Colleg. MSS. ad A. B. Tit. 1. §. 11. ejusque verba: Archiepiscopum Coloniensem.* Egregiè profectò, nisi *Conring. in Dissert. d. Const. Episcop. Germ. th. 47* ostenderit, jam ante Ludovicum, sub Francorum Regibus, ad Comitata vocatos esse Episcopos
52. Exteræ autem nationes, imprimis Hispani ægrè semper tulerunt illud Episcoporum nostrorum fastigium, ut in Comitibus Ratisbonensibus anno, ad finem vergentis seculi nostri xxx. celebratis, Regis Hispaniæ legatus Comes d' Ognate

d' Ognate plus simplici vice dixerit: Episcoporum Imperii
 R. G. togas æquo longiores esse, ideò politicis artibus præci-
 dendas. Verum, utut sit, Lex ita scripta est, & quæ diu de-
 terminatam interpretationem & observationem habue-
 runt, nullo cum effectu, à Politicis in dubium revocantur,
 ne temerè in dubium vocari debent, rectè omninò scribit,
 sæpius citatus Myler. ab Ehrenbach L. 1. n. 15. *Non enim
 est nostram æstimare, quem supra ceteros & quibus de causis ex
 sollas. Tibi summum iudicium Dii dædere. Nobis obsequii
 gloria relicta est. Spectamus quæ coram habentur. Aditi-
 tos Principis sensus & si quid occultius parat exquirere, illicium
 anceps nec ideo assequaris:* graviter dixit in Senatu, Vir Eque-
 stris ordinis M. Terentius, ad Principem suum.

Coronidis loco, ne quis dubitet Elencticum seu Epa-
 ñorthoticum usum in Christi quoque & Apostolorum con-
 cionibus fuisse adhibitum, pericopam illam volvat, quæ Do-
 minica XV. Trinit. exponi quotannis solet, ex *Matth. 6. 24. seq.*
 totam in genere Elenctico elaboratam *Add. Matth. 13. C.*
 & Apostoli Pauli ad *Galat. c. 3.* Atque ejuscemodi Epan ortho-
 ticas conciones in V. T. apud Prophetas haud rarò invenies.
 Sicuti *jesaia Cap. 1.* pro lectione publica, ita quondam expo-
 suit D. Carpzov. in Academ: Lipsiensi ut ideam Concionum
 Epan orthoticorum quoad omnia requisita exhibere posset.
 Eo vero minus hic dubius eris, quo magis certum est, eandè
 Christo, Apostolis & Doctoribus primitivæ Ecclesiæ con-
 cionandi rationem fuisse usitatam, quæ nostris hodiè sacer-
 dotibus. Quod integro problemate prosequitur Carpzov. *Diss.
 de Orthod: & Orthodom. in Ecclesia Ministro c. 3. problem. 1. Conf.
 Matth. Ziffermann, in Annal. Et. Miscellan. Mens. 10. p. 4. 77. seqq.*

C

CAP.

CAP. II.

EXHIBENS

USUM ELENCHI ECCLESIASTICI
EJUSQUE PRÆMIA.

Necessitas Elenchi Ecclesiastici indubia est n. 1. Probatur ex lege Naturali n. 2, 3, 4, 5, 6. Ex lege Divina n. 7, 8. — 19. Modus tamen certus tenendus est n. 20, 21. Subjectum corrigendum proponitur n. 22. — 28. Objectum n. 29. — 37. Finis n. 38. — 44. Præmia Elenchi Ecclesiastici recensentur n. 45. seqq. (1) Injuriandi animus in Concionatoribus non presumitur n. 46. — 55. (2) non sine periculo versus ipsos intentatur actio injuriarum n. 56. (3) privatis dictorum rationem non reddunt n. 57, 58. (4) Pœna arbitraria mulctantur qui publicè ipsis contradicunt n. 59. — 65. (5) Ultimo consumuntur supplicio qui verberibus Concionatores excipiunt n. 66, 67. Imo (6) delictum hoc ut Crimen publicum punitur n. 68, 69.

Necessitas Elenchi Ecclesiastici, apud omnes Christianæ professionis homines, extra dubietatis aleam posita est. Leges enim naturales & divinæ reprehensiones ejusmodi morumq; emendationes sedulo inculcant. Et legum quidem naturalium vinculum, quo ad summam exactissimamq; vitæ curam sacerdotes nostri adstringuntur, ex duplici demonstratur fonte, quorum generalis alter est, alter specialis & proximius verbi Divini Ministros tangit. (I.) Enim communis societatis membra existunt v. Placcius *Access. I. N. P. I. S. 3. §. 3. n. 10.* æternæq; veritatis regula est: Quod omnis confortii humani membrum existens, ad commodum confortiale promovendum malumq; impediendum teneatur. At vero negari haud potest, eo melius esse eoq; perfectius; quod colitur consortium, quo magis ad virtutem componunt vitam

tam

ram, qui in eo degunt. Adeoque tenebuntur procul dubio, qui à vera rectaq; deflectere via advertunt consortem, monere eundem & hortari, ut emendet mores ac corrigat, nè disrumpatur societas, quæ modis omnibus viisque con-

servanda. Placcius *l. c. c. i. s. i. §. 2. n. 4.* Id quod confirmat ulterius primarius sermonis finis, ut ratiocinentur invicem homines. Unde generalia sermocinantium præcepta: Sermone utere ad promovendam tranquillitatem humanam. Item, loquere quoties ex humanitate vel pacto ad loquendum obstrictus es, vel taciturnitas alteri

damnum infert, aut tranquillitatem lædit, Thomas. *Jurispr. Div. l. 2. c. 8. n. 10. §. n. 32.* (2) Publici quidam Ephori sunt sacerdotes, morumq; præfecti, quibus à Magistratu vitæ in Rep. censura demandatur. Hi si officii defugiant

onus, negligentiaq; crimine se obstringant, Naturæ legem violant, inq; Rempublicam committunt, tacendo, ut ulterius serpat vitiorum spurcities, efficientes; Utut enim obtineat regulariter quod Arriani Epietetus habet. *L. 1. c. 28.*

δι ἀλλοτρίων ἑργῶν ἡζία ἐδέε. Nemo ex alieno facto cladem accipit. Hoc tamen restringitur, nisi quis ad alienum factum aliquo modo efficaciter concurrat, vel committendo vel ommittendo. Cum teneatur utiq; qui debebat vetare & non fecit. *Jubet enim (saltē assentitur) qui non vetat peccare cum possit,* secundum Senecam *Troad. V. Pufend. de jure N. §. G. L. 1. c. 5. §. 14.* Idemq; de officio Civ. & Hom. *L. 1. c. 1. §. 18.* Mauritijs de Officio Christian. *Blencico c. 1. §. 7.* Molin. de Justit. & Jur. *D. §. 735 Tract. 2. p. 179.*

Lege Divina (ii.) necessarios esse sermones Epanorthoticos mandatum Divinum evincit. *Ezech. 3. 16. 17. 18.* Et tu fili hominis speculatorem dedi te domui Israël, audies ex ore meo verbum & annunciabis eis ex me. *וְהָיָה בְךָ כְּמַשְׁכֵּל* in sacro

C. 2 legi.

- legitur Idiomate, quod Chaldæus vertit ܕܠܗ Doctorem, LXX. σκοπὸν spectatorem, speculatorem. Unde Episcopus, Superintendentens, Super-speculator. Omnes autem Prophetæ & Ecclesiæ Ministri ܕܠܗ speculatores dicuntur, quia debent $\text{προσέχειν ἑαυτοῖς καὶ πάντι τῷ ποιμνίῳ ἐν ᾧ ἔσται αὐτῆς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον Ἐπισκόπος ποιμαίνειν τῆ ἐκκλησίᾳ ἡ̅ου̅, Act: 20. v. 28. 29. Sicuti nunc speculatoris est, in loco eminentiori magna cum cura & vigilantia prospicere, ne urbē introēant hostes, Civesque opprimant imparatos, suis vel negotiis intentos, vel somno sopitos; Ita Prophetæ & sacerdotes in specula Ecclesiæ constituti, in mentis sedeant altitudine, custodiant probos, errantes reducant. Elegans omninò est meditatio Pradi *ad b. l.* quando ex *Es. 21. 18.* leones vocari Ecclesiæ speculatores observat, quod noctes debeant ducere infomes, leonibus similes, qui palpebris brevissimis & splendescantibus instructi pupillis, etiam dormientes videntur vigilare, unde & à veteribus nunquā dormire crediti sunt: Eam ob causam Ægyptios & Græcos in valvis templorum binos depingere solitos fuisse leones, addit, imò eandem ob causam apud alias quoque nationes hanc inolevisse consuetudinem, ut leones sculperint pro templorum insigniorumq; palatiorum foribus, ut sint quasi perpetui loci istius custodes. Huc Salomo *Cant. 74.* respexisse videtur Origeni per nasum turri Libani similem, spectantem versus Damascum, ut per nasum, qui odores distinguit, sacerdotis in judicando sagacitas notetur, quā in sublimi positus, pretiosum à vili separare, hostes procul adventantes observare, eorumque incurfus avertere possit.$
- Sed alibi quoque severe fatis, verum pietatis Zelum, debitam constantiam & παρρησίαν verbi sui Ministris iungit summus supremusq; Deus. Sic *Esaiæ c. 58, 1.* Clama

ma

ma, jubet, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annun-
 cia populo meo transgressionem eorum, & domui Jacob
 peccata eorum. Idemque Timotheo suo præcipit Paulus
 cœlesti Numine plenus: Prædica verbum, in sta oportune,
 importune, argue, increpa, exhortare in omni longanimitate
 & doctrina. Hinc scriptura non solum *πρὸς διδασκα-*
λίαν sed etiam *πρὸς ἐλεγχόν* darâ dicitur 2. *Tim.* 3. 16.

Imò corrigendos esse peccatores morum Elencho, con-
 stat quoque ex comminationibus adversus eos, qui ex incur-
 ria, periculorum metu, favorisque humani lenocinio, officium
 hoc vel intermittunt planè, vel saltem frigidius obeunt:
 Dura omnino sunt verba Dei ad Ezech. l. c. v. 18. Impius non
 commonitus in impietate sua morietur, sed sanguinem ejus
 de manu tua requiram. Cui tam ferreum pectus est, aut cor
 filice concretum, quem sententia hæc non percellat? Ad-
 de gravissimas cominationes, quibus alibi negligentius pi-
 etatis rem habentibus interminatur *Jerem.* 20. 9, 48. 10, *Esaiæ.*
56. 10. 11, *Apoc.* 2. 14. 20. Unde præclare ait magnus veritatis ce-
 lestis vindex & assertor invictus Lutherus, in *proæm. Po. Still.*
part. æstivæ. Welcher Pfarr-Herr oder Prediger nicht straf-
 fet die Sünde/der muß mit frembden Sünden zum Teufel
 fahren/wenn er gleich seiner eigenen Sünden halben (so ihm
 in Christo vergeben sind/ein Kind der Seeligkeit ist. Quan-
 to igitur charior est sacerdoti animæ salus, eò curatius sa-
 luti prospiciat aliorum; Tantum enim vitæ accedit suæ, quantum
 servat alienæ, & quantum salutis perdit alienæ, tantum detra-
 hit suæ. Vid. Scherzer. *Diss. De offic. Ministr. Eccles. Elenchico.*
§. 13. seqq. Joh. Frid. Mayer. *Mus. Ministr. Eccles. P. 2. p. 57.*
 Conr. Portæ *Pastor al. Lutheri p. 144. seqq.* Judic. Christiani
 Aviani *apud Dedeken n. Conf. Vol. 1. P. 3. L. 1. membr. 3. sect.*
3. p. 870. seq. Conf. Harprecht. *ad §. 11. l. d. Injur. n. 32. seq.* & Carpz.
Jurispr. Consistor. L. 3. Def. 98.

C 3

Verum

20. Verum enim verò, modus hic tenendus est, certique attendendi sunt fines, quos ultra vel citra rectum consistere
21. haud potest. Ipsæ divinæ sortes Elenchi normam Concionatoribus præscribunt: Quam ordine ut proponam, subjectum pensitabo, Objectum & finem. Subjectum corrigendum, sunt omnes curæ sacerdotis commissi, sive privatam agant vitam, sive publicam, nullus hic attendendus vel dignitatis splendor, vel potestatis fulgor. Homines sunt Magistratus, proindeque lapsui & erroribus obnoxii, emendandi igitur æque ut subditi. Omnes enim in univèrsum homines, nulla ordinum dignitatumque ratione habita, arguendi jubentur *Es. 58. 1. Ezech. 3.* Imò speciatim quoque in publica constituti potestate, si à virtutis recedant tramite, jubentur confodiendi *Exod. 6. 11. Jer. 13. 18. Ezech. 21. 12.* quibus exempla
24. junge Prophetarum, Apostolorum & ipsius Christi: Ut ergo adulationis crimen incurrat Gretserus. *L. 1. Apol. advers. monit. Societ. Jesu, p. 70.* Regum vitia pro concione stringenda non esse asserens. Commendaverim huic egregia Lutheri verba, quæ *Tom. 3. Witeb. in psalm. 82 p. 130.* leguntur: Das sind giftige und gefehrliche Prediger / die einen Theil allein für sich nehmen / schelten die Herren / auf das sie den Pöbel kigheln und dem Bauren hovieren / wie der Münster / Carlstadt und andere Schwermer / oder wiederum den Pöbel allein schelten / daß sie den Herren heucheln und wohl dienen / wie unsere Widersacher / sondern es heisset alle beyde in ein Topff gehauen / und ein Gericht daraus gemacht / einem wie dem andern ; denn das Predig. Amt ist nicht ein Hoff Diener oder Bauren Knecht / es ist Gottes. Diener und Knecht. Ita egregie Lutherus. *Cui Add. Kesler. Cal. Consc. p. 163. seq* Si tamen unquam hic certe prudentiæ moderamini opus est, ne in tribunitios clamores degeneret redargutorium

ECCLESIASTICI EJUSQUE PRÆMIA 23.

torium Spiritus Sancti officium, neque seditionis tubæ evadant, qui conversionis debebant esse præcones. Ipse Apostolus modestius cum iis, qui publico funguntur munere, agendum esse, videtur insinuare, quando ad Timotheum ait: Seniores nã sævius objurges, sed adhortare ut Patrem 1. Tim. 5. A Nathane discant sacerdotes nostri 1. Sam. 12. & a Propheta anonymo 1. Reg. 20. 39. quomodo ad frugem reducendi sint Magistratus personam gerentes, indeq; sibi exemplum æmulationis pulcherrimæ capiant. Maxime autem caveant sibi, ne in vitia Magistratui propria, duritiem v.g. tyrannidem, injustitiam temerè objugationum jacula & fulmina emittant Carpz. 1. pr. Confess. L. 3. Def. 102. Balduin. Cas. Conf. L. 4. c. 7. cas. 6. Joh. Frider. Mayer., Mus. Min. Eccl. P. 2, p. 65. seqq. Scherzer. Diss. cit. S. 24. Quare non omnes Ambrosii adversus Imperatorem Theodosium probare voluerunt rigorem, quamvis alii colorem partim ex delicti gravitate querant, partim etiam & maxime ex Ambrosii modestia V. Plur. Rev. Dn. D. Fecht. The sib. Patr. S. 30. Hyperius de formandis Concionibus L. 2. p. 258. Kesler Cas. Conf. p. 140.

Excusso subjecto Elenchi, ad Objectum ejus promovéo pedem, quod omnis generis peccata constituunt, & prout diversæ sunt, diversimodè veniunt arguenda. Alia eorum invulgus nota sunt, alia occulta, alia non nisi per famã nota: Notorii peccati, puto, quod vel palam perpetratũ, in loco publico, corã magna hominum turba, vel alias publicè notum & cum manifesto scandalo conjunctũ est, publice in cathedra, prætermittis prioribus duobus admonitionis gradibus, mentio fieri potest 1. Tim. 5. 20. Legantur quæ respondit Facultas Theolog. Lips. apud Dedek. Conf. Vol. cit. p. 864. Wenn aber nicht allein die Sünde/ sondern auch der Sünder öffentlich beandt/ daß man von solchem Thater singet und saget/ da

4 CAP. II. EXHIBENS USUM ELENCHI

- da darf es der *graduum admonitionis* nicht/ sondern ist ein Prediger schuldig/ eine solche öffentlich berücktigte Person mit der Buß-Predigt in *specie* anzugreifen/ ob sie gleich hohen Standes oder Herkommens ist. H. J. Sic Christus in Phariseos vibravit fulmina, quos privatim nunquam monerat, *Matth. 23. 12.* & Paulus magnum illum Ecclesiæ Doctorem Petrum, ob simulationem, quæ plantandæ adhuc Ecclesiæ & in herba positæ, plurimum afferre poterat nocu-
33. menti, coram omnibus reprehendit. *Gal. 2. 13.* Quæ vero occulta sunt, vel intra paucorum tantum consistunt conscientiam, non pro concione statim in vulgus spargenda sunt, ne vel innocens lædatur, vel nocens magis reddatur præfractus, qui privata correctione in viam reduci potuisset Hanc in rem Cyrillus ait *L. 3. in leuit. Column. 843.* Non vult te, si forte videris peccatum fratris tui, continuo evolare ad publicum, & proclamare passim ac divulgare aliena peccata, quod esse utique non corrigentis, sed infamantis, Solus inter te & ipsum corripe eum. Ubi enim servari sibi secretum videris ille, qui peccat, servabit & ipse emendationis pudorem; si vero diffamari se videris, ille, qui peccat, illico ad denegandi impudentiam convertitur, & non solum non emendaveris peccatum, sed & duplicaveris.
36. Igitur secundum, præscriptum *Matth. 18. 15. 16. 17.* ad moneatur primò privatim delinquens, deinde coram tribus testibus, quæ si non suffecerint admonitiones, tum demum ad publicam profiliat censuram Concionator, & gladium Elencticum in ejusmodi perfriktæ frontis hominem stringat. Harpr. *l. c. n. 37. seq.* Carpz. *Ipr. Cons. L. 3. Def. 99. n. 13.* Si demum peccata quædam per famam tantum ac incertum ferantur rumore, ita sunt corrigenda, prout fama fert, ut tamen persona involvatur silentio. Neque enim vel ancillæ garrulitas, vel uxoris loqvacitas, vel calumni-

ECCLESIASTICI EJUSQUE PRÆMIA 25

lumniantium invidia, concionis argumentum fieri debent
Harim. l. c. §. 19

Restat finis Elenchi, brevibus adhuc delineandus 38.
lineolis. Solus autem Dei honor & æterna proximi salus,
Ecclesiæ Ministrum ad reprehensionem Ecclesiasticam per-
moveat. Ab omnibus affectibus præcludat animum sa- 39.
cerdos, nihil odio, nihil per gratiam dicens, una omnium
ipsi causa sit, neminemque habeat procul, sed omnibus
bona fide insistat. Laudet, vituperet, irascatur, ut vir-
tus ut vitia cogunt, quod de sa, qui optime Ludovici XIII.
Galliarum Regis memoriam condidit, Gramondus scri-
bit, in limine Operis sui perfectissimi. Patres, Ecclesiæ 40.
vocantur Doctores 1. Cor. 4. 14. 15. ut paterno in auditores fe-
rantur affectu, eosque corrigant ut filios. Concludit hinc
Schertzer. L. c. §. 19. Qui vult finem vult etiam media. E.
Elencho uti sciant, non eis *καθ' ἑσπερον*, sed eis *ὀρθοδουλικῶ* au-
ditorum. Optime scribit superius laudata Facultas The- 41.
ologica Lipsiensis in *Responsio*, quod *Dedekennus* exhibet *l'ci-
rato*. Doch hat sich ein Prediger / über das auch wohl für
zusehen / daßer nicht seine *privat affecten* lasse mit unterlauf-
fen / und die Sünder derowegen / das sie ihm sonst et-
was zu wieder gethan / übel anlasse / und verlästere / und
also das Wort Gottes mit Menschen Rohrt beschmeisse /
wie Herr Doct. Luther, Tom. 3. W. Lat, fol. 229. aus dem 4.
Capittel. Ezech. redet. Deñ eben dadurch / daß ein solcher sein
Animt mißbrauchet / schaffet er selten etwas gutes / an
dem / auff welchem er prediget / weil er vermercket / wie sol-
che Straff-Predigten mit böser feindseeliger Begierde und
Neigung beflecket eyn / und dannenhero vielmehr er bittert
wird / als daß er solte befehret werden. Præterea cum 42.
non aceto, sed aqua abluantur maculæ, Elenchus adhibe-

D atur

26 CAP. II. EXHIBENS USUM ELENCHI

atur solidus & fundamentalis, verbis concipiatur gravibus, è Bibliorum penu desumptis, & non nisi sincerum præseferentibus affectum. Verba enim aculeata, scommata Sarcasmi, non media sed impedimenta sunt conversionis,

43 ait Joh. Frid. Mayer. *L.c. § 6.* Næ igitur nugas egit, Pastor quidam ruralis, sequenti epiphonemate coronidem sermoni Epanorthotico addens :

Num Jerusalem die Mauren
Das sag ich Euch ihr Bauren/
Ihr seyd Flegel verdenckt miere nit/
Es hat gebracht mein Tert so mit.

44 Referente Mayer *L.c. §. 9.* Non ita quicquid in buccam venerit, evomat temere sacerdos, legatum se esse Dei cogitet, quem composita decet uti oratione, & urbanitatis sale perspersa undiqve atqve distincta.

45. Observatis, quæ dicta sunt hactenus, si strenuè injunctum obeant munus, veri minime que fucati Verbi Divini præcones, non solum conscientiam muniunt, Deumque consequuntur Zeli sui remuneratorem, sed in foro etiam humano præmiis condecorantur legitimis.

46. (I.) Injuriandi animus in ipsis non præsumitur. Ex affectu enim consistit injuria, *L. 3. ff. De injur.* sacerdotes autem non ea mente, ut injuriam faciant, declamant, sed ad

47. vindictâ Divinæ Majestatis respiciunt, *arg. L. 33. ff. eod.* Nimirum omnes, qui moribus aliorum condendis præficiuntur, corrigendi & emendandi animo, sibi subjectos coercuisse vel verbis vel verberibus præsumuntur regulariter, nisi præsumtionem hanc generalem, specialis alia & evidentissimè

48. contrarium docens elidat. Ita pro quolibet Mag. stratu benè semper præsumendum, quod officio suo, ut decet, functus sit. Menoch, *L. 2. præsumi, 60. n. 7.* Brunn. *Cons. 79. n. 55.*

Mev.

ECCLESIASTICI EJUSQUE PRÆMIA

27

Mev. *Conf.* 93. n. 58. Gail: *L. 1. O. 17.* Neque facile officio 46
 suo abusus fuisse creditur, multo minus quod actum jurisdic-
 tionalem injuriandi animo exercuerit *L. 33. ff. de injur. Regn.*
 Sixtin. *Conf.* 8. n. 118. in *Vultej. Vol. 3.* Unde non præsumi-
 tur Magistratus, quod in iuste incarceraverit. Mev. *P. 1. Dec:*
 1. in *f. Cæpolla. Conf. Crim. Conf. 70. n. 12.* Neque ex duro 50.
 quodam & tristi supercilio animique malignitate, vel pi-
 gnorationem, vel arrestum, vel incarcerationem dictitaf-
 se civi creditur, sed potius, ut contumaciam frangeret,
 vel alio modo jurisdictionis vinculum contineret, cum
 haud raro obsequii frænum mordere soleant Cives Pruk-
 mann. *Conf.* 2. n. 44. De Parentibus quoque Præceptoribus, 51.
 maritis & Dominis obtinent, quæ de Magistratu sacratis,
 firmæ leges constituerunt, modica iis, ad disciplinæ indo-
 lem, conceditur castigatio, neque conveniuntur statim si in
 modo correctionis paulum deflexerint cum non omnis, qui
 verberavit, sed qui contra bonos mores verberavit, tenea-
 tur. *L. 15. § 8. ff. de injur. Harpr. ad § 11. J. de injur. n. 29. 30.* Ea-
 demque Concionatoribus nostris accommodat communis 52.
 Doctorum schola Gail: *L. 2. O. 106. n. 6.* Jodoc. *Damhoud. prax.*
Crim. c. 141. Vultei. L. 1. Jur. spr. Rom. c. 49. n. 18. Carpz *Ipr. conf.*
L. 3. Def. 99. n. 5. seqq. Hopp: *comm. ad pr. 1. Injur.* Harpr: *l. c. n.*
 44. Neque id incommode. Nam (a) Dei, Magistratus sum-
 mi, mandatarii sunt, quorum præcipuum est, secundum 53.
 legem mandati agere, qui verò parere necessum habent, illos
 rum nulla culpa censetur, *L. 168. ff. de Reg: Jur.* Schertzer:
D. ff. de Off. Min. Eccl. Elenct. §. 29. (b) Patres sunt spiritu-
 ales, iisdem igitur, si non majoribus ornandi erunt privi-
 legiis Carpz, *l. all. n. 7.* Hinc licet alias contra proferentem
 verba injuriosa præsumptio stet, cum talia sint subjecta, 54.
 D 2 qua-

qualia de monstrant prædicata *arg. l. 38. §. 6. ff. d. v. o. nec quisquam præsumatur dicere, quæ non sentit l. 3. ff. de reb. Dub. res tamen in Ecclesiæ Ministris longe aliter se habet, ab omni sinistra opinione eos liberat, officium, quod sustinent publicum, sic cum in re non versentur illicita, omnis doli præsumptio abest, non autem nisi dolo malo com-*

55. *mittitur injuria per pr. §. i. l. de injur. Cum animus injuriandi in Concionatoribus non præsumatur, licet acrius aliquantum insectentur peccantes, sequitur exinde*

56. (II) non sine periculo versus ipsos injuriarum actionem intentari. Næ legum non subterfugient laqueos, qui probationibus non sufficientibus instructi actione, in primis famosa, sacrum ordinem petent. Carceris pœnam hoc nomine dictitatam fuisse quondam præjudicio firmat Carpz, *L. 3. Def. 101.* quod si contra alium non impunè injuriarum experiri potest, absque sufficienti probatione, quantumvis contra sacerdotem vel Parochum, pro quo tam fortis militat præsumtio. Add. Brunnem. *Jus Eccles. L. 2. c. 18. §. 63.*

57. Neque (III) privatis dictorum in Cathedra rationem reddere coguntur; respondente ita peracto proximo semestri, Consistorio Rostochiensis, verbis, quemadmodum ea ab Excellentissimo Domino Præsidente, quem Ductorem Doctoremque meum in meliore animi cultu veneror & colam æternum, accepi, sequentibus:

58. Noch weniger aber hätte Beklagter dem Prediger deshalb auff öffentlichen Kirch-Hoff/in Beyseyn vieler Leute zur Rede stellen und vorhalten sollen: Der Pastor habe nicht recht gethan/ und da der Pastor Bell: Unverstande zugeschrieben/ daß Er nicht unterscheiden könnte / eine Straffe und Ausöhnung/ hette er nicht retorgviren und seinen

seinen Seelsorger eines Unverständes beschuldigen sollen/
weil bey jenem *animus corrigendi* und nicht *injuriandi* pre-
sumiret wird.

(IV.) Si quis eo progrediatur audaciæ, ut publice in
concione verba facienti, contradicere non vereatur. atque
sic DEI interturbet sacra, ministeriaque divina celebrare
prohibeat, capite plectitur, si juris apicibus inhærere pres-
sumerit, per L. 10. C. de Episcop. & Cler. Auth. ibi. l. 5. C. de his
qui ad Eccles. confug. Nov. 123. c. 31. Can. 29. §. qvi autem de Ec-
cles. Caus. 17. qvæst. 4. Ubi crimen hoc cum læsæ Majesta-
tis crimine componit Pontifex. Seueritatis ratio, partim in
persona sacerdotis posita est, nã injuria illata Clerico atrox
dicitur l. 4. C. de Injur. & totam Ecclesiam tangit. Carpz:
L. 3. Iurispr. Eccles. Def. 95. Decianus Tr. Crim. L. 6. c. 24. n. 9.
Brunnem: ad Auth: sed novo jure C. de Episc. & Cler. partim
in loco Deo dicato & sacro §. 8. J. d. Rer. Div. qvi propter-
ea sanctus dicitur, ut ab injuriis hominum eximatur &
defendatur L. 8. ff. d. Rer. Div; Carpz: L. c. n. 60. Finkelthaus.
Obs: 27. n. 2. Add: Coler: Dec: 178. Berl. Pari: 4. Concl. 20. n. 28
& à Carpzovio allegati n. 5. In foro autem moderno, si
verbis tantum sacerdoti se opposuerint in concione notati,
convitiisque eundem prosciderint, pœna mulctantur ar-
bitraria, quam pro delicti enormitate, ad fustigationem
usque extendi posse autumant Joh: Georg: Simon: Diff:
de Act: Injur. sacerdot: concernent. Membr: l. tb: 13, Coler: Dec:
178. n. 2. Carpz: n. 19. Frequentius tamen pecunia vel
carcere coërcentur turbatores ejusmodi sacrorum; jun-
cta persæpè suspensione ab usu Sacramentorum, depre-
catione, & denominatione publica. V. Dedekenn: Cons:
Vol. 1. p. 3. L. 1. M. 3 S. 3. n. 18. p. 892. De carcere testis est
Carpzov: L. 3. Def: 95. n. 21. ubi ita Consistorium supre-
mum

- mum Mens: Jun: 1627. respondisse refert: Wir haben
 euren eingeschickten Bericht/ welcher Gestalt N. N. zu N.
 dem Pfarrer diejes Orts/ in der Kirchen/ bey gehaltenem
 Catechismus. Lehr/ sich wiedersezet/ und denselben mit
 Worten übel angelassen/ vernommen. Begehren hier-
 auff/ an statt Ihr: Churfl: Durchl: hiermit/ Ihr die benam-
 ten/ wollet von der *Delinquent* in etliche gute Schock ihrem
 Vermögen nach/ der Kirchen zu H: zuzuwenden und zu
 berechnen/ einbringen/ oder sie andern zum Abscheu/ mit
 vier Wochen Gefängnis Straffe belegen lassen. Pecuni-
 ariam poenam Nobili cuidam dictatam fuisse Consistorii
 Lipsiensis Responso docet Finckelth: *Obs.* 72. Verba sen-
 tentiæ hæc sunt: Derowegen/ Beklagter klagenden
 Pfarrern/ daß er ihn in seiner Predigt öffentlich angere-
 det und *injuri*ret. (*Verba fuerunt hæc: Du leugest/ du*
verlogener Pfaff/ du leugest alles/ was du auff der Cangel
redest/ der Teuffel redet aus dir/ du meinst niemand an-
ders als mich: Ad quæ verba respondit pastor: Ich befehle
diese Schmach dem Allmächtigen und dem Richter.) Eine
Gerichtliche Erklärung und Christliche Abbitte/ im Churfl:
Sächl: Confessor: allhier zu thun schuldig/ welche hernach
zu R. von der Cangel öffentlich verkündigt wird/ und wird
hierüber mit 500. Rthlr. in Churfl: Durchl: zu Sachsen
Kent-Kammer zu entrichten billig gestrafft/ auch Klägern
in dieser Sachen uffgewandt unloffen uff vorgehende li-
quidation und erfolgte Richterliche Moderation abzutragen
 65. und zu erstatten schuldig/ B. R. W. Imo Relegationis,
 in simili turbationis casu, præjudicium affert Coler. *l. c. n. 3.*
 66. (V) Adhuc hodie tamen, ultimo consumuntur sup-
 plicio, qui verberibus Concionatorem excipiunt, modo tria
 concurrant requisita, adeo necessaria, ut si unum defecerit,
 capi-

capitis cessare pœnam, statuant Doctores. Illorum(1) est ut in Ecclesiæ loco fiat læsio. (2) eò tempore, quo tractat ac ministrat Divina (3.) ut simul sacra conturbentur. Coler. n. 4. Brunn: ad l. 10. C. de Episc. & Cler: Carpzov. Def: alleg. Hunc in modum Scabini Lipsiensis responderunt apud eundem n. 14. Würde gedachter N: N: auff dem von seinem wegen gethanen und eingebrachten Bekantniß vor Gerichte freywillig verharren/oder des sonst wie recht/überwiesen. Als nemlich/ daß als der Priester und Caplan/ davon in Actis und seinem Bekantniß gemeldet/ in der Kirchen gestanden/und ein Kind zu tauffen angefangen/ er ingriff ein Jungen mit 2. Pferden vor die Thore geschickt/und in Stiefel und Sporn in die Kirche gangen/und einen grossen Prügel gehabt/und als er den Kaplan mit dem Kinde bey der Tauffe angetroffen/hinzugetreten/denselben mit einer grossen Peitschen auf die Haut gehauen/und mit den Prügel niedergeschlagen/ und die Tauffe des Kindes verhindert. So würde Er von wegen solches Frevels/ Gewalt und Irührung des Heiligen Göttlichen Sacraments der Christlichen Tauffe/vermöge gemeiner beschriebener Käyserl: Rechte/mit dem Schwerdt vom Leben zum Tode billig gestrafft. B. R. W.

Atq; (VI.) tam atrox legibus nostris censetur hoc delictum ut Criminis publici naturam induat, accusatio sit omnium, & Judex ex officio in illud inquirere debeat l. 10. c. de Episc. & Cler: Prius conficiunt verba legis sequentia: *Sitque cunctis laudabile, factas atroces injurias sacerdotibus, veluti crimen publicum persequi, atque de talibus reis ultionem mereri.* Posterius, quæ his proximè antecedunt: *Nec exspectet ut Episcopus injuria propria ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit.* Add. Decianus Tr: Crim. L. 6. c. 24. n. 3. & Brunnem: ad b. l.

CAP. III.

ABUSUM ELENCHI ECCLESIASTICI PRO- PONENS EJUSQ; POENAS.

Homines communiter potestate abutuntur n. 1. 2. Idem Concionato-
ribus contingit n. 3. Aliquando enim sine causa ex candescere solent.
Quo refero si ab explicatione textus nimis recedant n. 4. vel si ejusmo-
di delicta taxent, quæ in eo loco non committuntur n. 5. vel si ordinatio-
nes perstringant in mere civilibus n. 6. vel in Ecclesiasticis adia pho-
ris n. 7. an ergo nunquam speciali Elencho utendum? Aff. n. 8. 9. 10.
modo servet gradus admonitionis & terminos officii non transgrediantur n. 11.
Hinc queritur: an dormiens publicè castigari possit? n. 12. 13. 14. An idem
de confabulatoribus dicendum? n. 15. quid si juvenis lapidem projiciat
ad virginem vel literas amatorias? n. 16. Gradus officii transgreditur sa-
cerdos, quando homicidis, adulteris vel aliis delinquentibus certam pœ-
nam dicitur n. 17. 18. 19. vel si sententiam latam iniquitate accuset & a-
liorum inspectionem desideret n. 20. 21. 22. 23. si præstationes suas durio-
ribus verbis exigat n. 24. vel si privatas controversias suas in concio-
nibus referat n. 25. vel quosvis rumores de aliquo sparsos in concio-
nibus referat n. 26. Abusus punitur primo ex officio n. 27. 28. & ipse in-
juriatus argere potest n. 29. 30. idque vel Civiliter n. 31. 32. adhuc
hodiè n. 33. 34. vel Criminaliter n. 35. 36. An ailio ad palinodiam
contra sacerdotem institui possit? n. 37. 38. An evitari à sacerdote possit per
declarationem ante L. C? n. 39. — 46. An in recantatoria fama servan-
da? 47. 48. An contra sacerdotem retorsio injuriarum locum habeat? n. 49
50. 51. An injuriatus propter injurias in alia Ecclesia, sacris uti pos-
sit? n. 52. 53. Injuriarum actio non expirat, licet quis ab injuriante sacer-
dote remissionem peccatorum petierit, vel sacra synaxi usus sit. n. 54-
59. simile judicium si infantem baptizaverit. 60. sed quid si eum ut
Compatrem elegerit. n. 61. 62. quid si ei votum dederit in promovendo? n.
63.

I. **C**ommunis mortalium labes est, ut abutantur potestate,
Cqvæ ipsis conceditur Sic usum omnem abusus co-
mitatur. Hic illum umbræ instar plerumq; subsequitur.
Non

Non sanctius in terris nomen colimus, quā Principis. Quid autem frequentius est, quā in tyrannidem summam potestatem ut vertant Principes? Neronēs hinc, Galbas, Heliogabalos, Christiernos, Ericos rerum gestarum compositores narrant. Magistratus quoque minores affectibus privatis justitiæ velamentum obducunt persæpè. Domini servos non castigant semper, quandoque injurias injuriis cumulant. Parentum in pietate gloria est, non raro tamen omnem pietatis sensum exiunt, atroces fiunt.

Quid ergo de Concionatoribus dicam? An hi potestatis terminos nunquam transiliunt? Imò homines sunt, humani ab ipsis nihil alienum putemus. Certè partes Ministri Ecclesiæ aut non intelligunt, aut impiè negligunt, qui quavis levicula subinde de causa bilem in auditores commovent, parum sæpè an ad textum adhibeatur appositè Epanorthosis attendentes, & machinis ducentes, quæ spontè seqvi recusant. Quemadmodum obscuram ejusmodi diligentiam Pastoris cujusdam ruralis Mayerus notat *in Mus. Ministr. Eccl. P. 2. p. 75. qui ex Ps. 51. 20. Thue wohl an Zion/baue die Mauren zu Jerusalem*: prolixam increpationem rusticorum auditorum instituens, absurda prorsus cum muris Hierosolymitanis comparatione facta, vel inconditi fastus redarguerat eosdem, quod & muri Hierosolymitani alti fuissent, vel rusticitatis spissæ, unde quadrati prorsus cluerent, quod & muri Hierosolymitani satis crassi fuissent. Hi si didicerint, non quodvis ex quovis esse inferendum, tum demum increpandos esse auditores putabunt, cum gravia textus evolventi momenta morum objurgationem injungunt. Modò iterum, auditores concernat peccatum, *5.* *f.* *deret* cuius stringendi ansam textus largitur. Unde judicii infirmitatem non proderet

deret non Concionator, si in cœnobio virginibus dicato, Parentum in educandis liberis incuriam, reprehendendam sibi sumeret.

6. Præter rem quoque, & nulla prorsus urgente necessitate, quæ merè civilia sunt, pro Concione notantur. Nihilò secius multorum illa temeritas est, ut, quâ data occasione, Magistratui insultent, non expedientes, à Magistratus autoritate, ipsorum autoritatem vitam & sanguinem sumere. Ignorat hoc hominum genus, quæ merè civilia sunt, in mero superiorum reponi arbitrio. Obtinēt in his §. 6. *J. de J. N. & G.* verba: Quicquid Principi placuit, lex est, quales constitutiones cum omnes legislatoris potestati subjectos obligent, *L. 3. C. de LL. quis Clericos exemerit?* Hos quoque teneri, licet ad Divinam pertineant domum, *arg. L. 10. C. de LL. concludo.* Add. Brunnem. *Jus Eccl. L. 1. c. 3. n. 2.* Nec abduci illos debebat, quod rationem hujus vel illius constitutionis non perviderint, nam illorum, quæ arbitraria sunt, difficulter ratio redditur, & rationis in illis satis est, quod rationi non repugnent. Albert. Bolognetus *Tr. de LL. & equit. c. 9. n. 14.* Altius igitur animo mentique infigant, quæ ad *L. 20 ff. de LL. n. 3.* Brunnemannus commentatur: Non esse ad superstitionem usque inquirendum in rationem eorum, quæ constituta sunt, nam hâc in re facile errari, falsamque substitui posse.

7. In Ecclesiasticis etiam Adiaphora superiorum committuntur voluntati, illa intelligo, quæ sua natura nec bona sunt nec mala, seu Legibus Divinis non determinata. Sicuti enim in omnibus Jurisprudentiæ speciebus pro indifferenti habetur de quo Leges non disposuerunt, ita in Ecclesiasticis pro licito habetur, quod Deus non prohibet. Havemann. *de jur. Episc. Tit. II. §. 1. Carpz. Jpr. Conf. L. 2. Def. 245. n. 1. seq.*
In

In his pro lubitu disponit Magistratus, censuræ omnis ex-
pers alienæ, quia de quibus nec Naturales leges constitue-
runt aliquid, nec Divinæ, h. e. quæ indifferentia sunt, illa
Magistratus subjacent placitis Lauterb. *comp. ff. Tit. de LL. v. r. s.*
vers. Objectum. Comœdias huc refero, Musicæ, saltatio-
numq; sub initium feriarum Christi concessionem, omnemq;
Musicam Instrumentalem Ecclesiasticam. In quibus &
ejus farinae aliis, siquid Reipublicæ disponant Archontes,
censoriâ abstineant virgula, sacerdotes, si Magistratus
censuram & pœnam subire nolint.

Sed an nunquam speciali & nominali morum Elen-
cho sacerdoti est utendum? Ita putant multi; Quorum
pugnacissimè defendit doctrinam accuratissimus olim
Jctus, D. Joh. Georg. Simon, *Diss. de act. sacerdot. concernent. Membr. 2. ib. 3. seqq.* Robur aliquod secum
sentientibus ut conciliet, inter dati novi fœderis tempo-
ra distinguit & nostra, ubi Consistoriorum alligantur or-
dinationibus Concionatores. Verum, quod cum Auto-
ris maximi venia dictum velim, declamatorium & um-
bratile accumen distinctio hæc sapere videtur. Neque
enim forum Ecclesiasticum, neque forum politicum ar-
ctius constringere illorum conscientiam potest, quam
Deus eam constringi voluit. Jussit autem Deus, qui co-
ram omnibus peccat, illum coram omnibus argue, *1. Tim. 5.*
s. Ipsi igitur magis quam hominibus erit obediendum.
Alias eodem argumentandi genere dicere liceret, omnem
hodiè cessare morum correctionem, si illam Ministris Ec-
clesiæ Magistratus interdicit, quam tamen tot oracula
Divina inculcant. Et hanc, quam amo, Helenam com-
plectitur etiam Harpr. ad §. II *Inst. de inj. n. 3738.* Add. quæ
Cap. 2. cum in objecto corrigendo occupatus essem, dixi.

11. Eò tamen, totis adnitantur viribus Concionatores, ut probè admonitionum gradus seruent, & limites officii ne transcendant. Illos si negligant, DEO obvertunt cornua, & in Reip. nòstræ leges impingunt. Rec. Imp. d. Ann. 1530. §. Wir haben verl: die Prediger; ibi in f. dazu Stumpfhierens/Schmahens und Lästerns sich enthalten/ & Rec: Imp: de Ann. 1542. §. Damit aber unter den Gemeinen. Conf. Carpz: L. 3. Def. alleg. 2. 13.
12. Qværitur hinc non incommodè: An dormiens fortè, cum è fuggestu verba fiunt, publice castigari debeat? Frequentius idâ Concinatoribus fieri, illis imprimis qvi materia destituti loqvendi, qvævis obvia qværun, ne filere cogantur, experientia docet. An rectè? exqvirendum.
13. Equidem fateor, omni conscientia colore non destituuntur. Cùm enim publicè committatur hoc peccatum, quidni publicè argui debeat? & cum aliorum inter turbetur in audiendo cura, cum scandalo videtur conjunctum.
14. Respondeo: Publicè quidem peccant dormientes, cum habetur concio, sed rarò ex malitia, lassitudo plerosq; alios virium imbecillitas, multos magna attendendi sollicitudo somno invitos tradit. Deinde pauci somno indulgentem advertunt, nemo fermè ita ipsi inhæret, ut à concione simul aures deducat. Atqve eadem de confabulantibus asserere nullus dubito, nisi eo murmur ipsorum invaleat, ut omnium in se convertat oculos, atqve sic sacra confurbet. Quid si juvenis lapidem projiciat ad virginem, osculum, vel literas amatorias? Dico: Sine publica & nominali censura dimittendum non esse, quia publicè in mores committit, ex malitia, scandali simul lapidem projicit, & non minimam luxuriosæ vitæ suspicionem incurrit.

Officii

PROPONENTS EJUSQUE POENAS. 37

Officii terminos (I.) illi non observant, qui poenam a 17.
 Magistratu reis, homicidis, v. gr. adulteris &c. dictitan-
 dam in conspectu omnium e rostris Ecclesiasticis propo-
 nere non erubescunt. Sacerdotum argueretantum est, 18
 punire Magistratus. Poena vindicta delicti est *l. 131. de V. S.*
 At non vindicant, non coercent delicta Concionatores,
 sed corrigunt tantum delinquentem ipsum & Ecclesiam
 praemonent, quae hoc nomine potuisset offendi Carpz.
Jpr. Conf. L. 3. Def. 99. n. 5. Sic cum in homicidio commisso 19
 & homicidium & homicidam perstringunt, recte suo fun-
 guntur officio, modum autem excedunt, si poenam quam
 Criminis illius reus plectendus sit, infimul addant.

Huc refero (II) & reprehensionis telo configo, qui 20.
 poenas a Magistratu dictatas sugillant, in justitiaeque sen-
 tentias a iudice latas incusant. Secundum leges poenas
 infligit Magistratus, si poenae arbitrium aliqua juris pars
 diserte non concedat, & facti quidem quaestio est judican-
 tium, Juris autem autoritas non est *l. 15. pr. ff. ad Municipal.*
V. Goedd. ad l. 131. ff. de V. S. n. 4. Menoch: A. 3. Qu. in proem.
n. 6. sq. Mynsing. Cent. 6. Obs. 97. quo ergo pacto injustitiae
 se obstirigent, qui justitiae luminibus ducuntur? Quod
 si a legis norma discessisse iudicem putent, sciant *πολυ-*
πεγαμασύνες illi, minimam circumstantiam variare jus vel
 applicationem juris secundum *l. 26. §. 12. vers. Et Celsus ff.*
de Cond. et. in deb. & posse a statuta poena, si justa moveat
 causa, Magistratum recedere, magna Doctorum copia de-
 monstrat Theodor. *J. Crim. pr. e. 10. n. 34.* Editionem forte 21.
 actorum ut de innocentiae veritate certiores reddantur, si
 urgeant, tum illorum excusandam putaverim temerita-
 tem, cum inspectores se Magistratus a Principe constitu-
 tos docuerint. Alias pro iudice semper justitiae pugnat

E 3 pra

præfumptio l. 2. c. de Off. judic. c. 6. x. de Renunciat. L. II. ff. de Just. & Jur. ibiq. Feltmann. th. 4. Mer. P. 5. Dec. 105. Aloyf. Ricc. Coll. Decif. 2015. Legibus enim se conformasse

22. prælumitur, cum juramento ad legum observantiam se adstrinxerit. Non videor rem ingratam factururus, si curiosum hanc in rem casum lectorum oculis sistam. Edidit illum Gustrovium Nimirum paucos ante annos Ecclesiæ quendam præfectum, quem Kirchen-Vorsteher vocant, quod adultærii insimularetur, ad munus in S. Cœna sibi injectum, peragendum, admittere nolebant illius Ecclesiæ Ministri. Et hætenus quidem rectè: Accidit autem, ut absolveretur delicti, cujus insimulabatur antè, nihilominus opinionæ suæ inhærebant sacerdotes pertinaciter, ut ut à Magistratu, qui illius Ecclesiæ Patronus erat, ad pristinum munus ipsi aperiretur via. Conscientiæ objiciebant scrupulos, proptereaque informationem ex actis à judice petebant. Quæstio hinc suboriebatur satis, ut tum videbatur, impedita. An scilicet actorum inspectio urgentibus illis esset concedenda? Gryphiswaldensium Theologi, ad quos à Gustroviensibus Theol. devolvebatur quæstio, affirmativam tuebantur sententiam, quorum præcipuas rationes ex Responso ipsorum, quod in manibus meis fuit, hic subjiciam, Ita autem incedunt. Werden die Herr Prediger hier nicht als privat sondern als public- und Amts Personen angesehen / 2.) Wie sie auf sich selbst und auf die ganze Heerde acht haben Act. 28. 20. also müssen auch die Diener ehe wahr seyn / die das Geheimniß des Glaubens in reinem Gewissen haben 1. Tim. III. 8. 9. Sie müssen ein gut Gerücht haben und voll Hl. Geistes seyn Act. 9. 2. Wann nun ein übel Gerücht von solchen Männern gehet / so gebühret denen Lehrern genau nachzusehen / ob das Gerücht

Serücht Grund hat oder nicht. (3.) Diellnschuld des Man-
 nes aber kan aus besser Grund nicht als auß den *Actis*
 erwiesen werden (4) trägt man ja kein Bedencken / wenn
 ein *Malefican* zu besuchen / dem Pastori *Acta* zugeben /
 damit er *Accusationem*, *Delictum*, *defensionem*, *senten-*
tiam cum rationibus decidendi daraus ersehen möge
 und dem *Delinquenten* desto besser zusprechen könne /
 worum soll es denn hier in *casu favorabili* nicht geschehen?
 Si nunc *ἀνευ μάδων* tanquam in Areopago Attico ediffere
 liceat, nullum horum argumentorum id evincere videtur;
 ad quod conficiendum adducitur. Nam (1) exinde quod
 publicæ sint personæ, controversiarum acta ipsis esse eden-
 da, æq; male concluditur, ac si dicerem, posse Magistrat-
 um, quod pariter publicum sustineat honorem, è fugge-
 tū cœtum sacrum docere. Personæ publicæ sunt Ec-
 clesiæ Ministri, verum in iis, quæ officii illorum cancellis
 continentur. (2.) In famam Ministrorum tum rectè in-
 quirunt, si falsam hanc esse nondum constiterit, at (3) inno-
 centiæ veritas ex iudicis sententia satis apricatur. (4)
 Deniqve finis distinguendus est, ad quem informatio ex
 actis petatur, quæ certo certius denegabitur, si non con-
 tenti superiorum decreto, ut ulterius in delictum inqvi-
 rere possint, illam desideraverint: Sicuti nec Gufstrovi-
 enses, quod voluerunt, consecutos fuisse scio.

(III) Non rectè officii ratione utuntur, qui salaria & 24.
 quæ ipsis aliàs debentur præstationes, durioribus verbis
 & publicè exigunt. Ægrè sapè, quæ Concionatoribus
 promittuntur, exsolvi, negari non potest. Vid. qverelam
 Carpz. 7pr. Conf. L. 1 Def. 109. n. 6. Verum hoc sine Magistra-
 tus ordinati sunt, & judicia instituta, ut habeant quo con-
 fugere

fugere possint, qui consequi suum amicè nequeunt, & publica obtineant autoritate, quæ privatis desiderii indulgere noluit adversariorum malitia. Stryk. *Introd. ad prax. c. 1. §. 1.* Legitimis igitur utantur remediis, ne contra *l. 10. ff. de jurisd. & l. un. C. ne quis in sua causa*, sibi met ipsis jus dicere videantur, & pœnas præcipitantiæ luant condignas.

25. Unde (IV.) Caveant sedulo ne frænum animi impotentia laxantes, atra in Concionibus carbone notent, quibuscum privatim ipsis intercessere litigia. Quod si alii vindictam non debent exercere privatam *l. 7 §. 3. ff. quod vi aut clam. l. 14. C. de judic. V. Struv. S. J. C. Ex. 9. tb. 74.* quanto minus qui pietatem profiteantur & quotidie Divina axiomata volvunt.

26. Denique (V.) non quosvis de aliquo sparsos rumores producant in publicum. Nam, si peccavit frater tuus, argue ipsum, dixit Christus, non si peccasse dicatur. Et ne inter privatos quidem parietes injuriantem juvat, quod allegare possit auctorem, à quo illas primùm audiverit. Unde tritum illud: *Wehrmann haben hilfft nicht. arg. l. un. C. de fam. lib.* ubi inventor famosi libelli, si non corruerit eum, sed divulgaverit, quasi autor esset, punitur. *Stryk. de Jur. Sens. Diss. 2. cap. 3. n. 59. seqq.*

27. Lustravimus hætenus abusum Elenchi. Nunc quæ abusui præstitutæ sint pœnæ videamus. Primum ex officio in Clericorum excessus inquirat Magistratus Ecclesiasticus, & officii illos admonet Politicus. Brunnem. *J. E. L. 3. cap. 2.* Cura hæc cuius incumbit Magistratui ut verbum purè non tantum sed & cum fructu pietatis prædicetur. Brunn. *d. Tr. l. 1. c. 6. m. 1. n. 15.* Et licet *L. 25. C. de Episc. & Cler. L. 3. C. de Episcop. aud.* Civili cognitione eximat Clericos

ricos, has tamen, si actiones personales contra eos intendantur, non si officii neglecti commoneri debeant, intelligo.

Deinde, si conviciis indecenter se gerant, injuriarum 29.

æque ut aliæ seculares personæ tenentur *arg. l. 32. ff. d. LL.*
Ex qua notanda lege sequens nectō firmissimum ratiocinium. Si Magistratus, quem æque fortis, ac sacerdotem, ab injuriandi animo communit præsumtio, conveniri injuriarum potest, si quid per injuriam fecerit, licet fiducia Magistratus, sacerdos quoque tenebitur, si injuriandi animo, convicia in aliquem evomuerit, licet fiducia officii quod gerit. Atque prius docet lex allegata. E 30.

& posterius, *Consentiunt Carpz. Juriss. Cons. d. L. Def. 98. n. 10. seqq. Berlich. P. 5. Com. l. 59. n. 31. & Com. l. 60. n. 8 Ekolt. Comm. ad ff. Tur. de Injur. §. 5. Struv. S. J. C. Exerc. 48. th. 56. Reink. de R. S. & E. L. 3. et. 2. c. 2. n. 7. Lauterb. Comp. ff. de injur. vers. injuriam faciunt. Brunnem. 7. Eccl. L. 2. c. 18. §. 63. ibique Dominus Stryk. Nam omnes, qui doli sunt capaces, injuriarum pulsari actione possunt, per ea, quæ tradunt communiter Doctores. Accedi quod præsumtionem omnem generalem specialis alia infringat. Mevius. P. 2. Dec. 242. n. 6. & P. 2. Dec. 55. n. 2.*

Ordinariis sic actionibus injuria contra Sacerdotem vindicatur. Quarum prima Prætoria Civilis, seu æstimatoria datur injuriato advesus sacerdotem in Concione injuriantem, ad æstimationem injuriæ, sibi adjudicandam. De quavis autem injuria æstimatorium 31.

competere remedium communis Doctorum assertio est. Hinc ita vulgariter in foro concipitur libellus. Titius wolle lieber 1000 Rthlr verlichehre/als solche außgegoßene injur. en auf sich ersehen/lassen. Vel wolte nicht 1000 Rthlr. nehmen und diesen Schmach auf sich hengen lassen. Vel 32.

- Et æstimire diesen Schimpff auf 1000. Rthlr. V. Berlich. Concl. 61. n. 74. P. 5. Ab hac sententia divortium nuper apud
 33. Hallenses Bodinus fecit, in *Disp. de Usu & abusu Moderat. & æstimat. injur. §. 10. seqq.* Ubi id agere connititur, ut demonstreret, factum hic supponendum esse, ex quo alter in certum damnum æstimabile inciderit, aut incidere possit. Hinc secundum ea, quæ tradit ibidem, si ex rostris Ecclesiasticis Mercatorem incompositæ vitæ, stupri, ebrietatis, vel alius vitii, arguat verbi Divini Minister, æstimatoria actori non datur, cum facto hoc non obstante, satis feliciter & sine ullo impedimento Mercatura sua benè fungitur & familiæ suæ præesse possit, secus ac si fidem jus in vendendo faceret dubiã. Alios propterea modos hanc actionem proponendi inducit, ut si revera ex injuria damnum illatum fuerit, hunc in modum concludat libellus: **Wann dan solche Schmach mich in grossen Schaden gesezet / welchen ich bey bewandten Umständen / nach meinem Gewissen auf 1000. Rthlr. schätze &c.** Vel, si ex injuria illata, nisi exstimationis læsa in integrum restituatur, futurum damnum immineat, ita alternativè circiter formetur actio: **Wann dann eine solche Schmähung / dafern dieselbe auf mich ersezen solte / mich und die meinigen leicht in 1000. Rthlr. Schaden stürzen dürffte: So bitte Behl. dahin anzuhalten daßer seine ungegründete und falsche Lästerrung für öffentlichen Bericht / also für falsch erkennen / und mir dadurch selbe Schmach wieder abnehmen und gebührend abbitten / oder da er sich dessen wegern solte / mir ob-**
 34. **berührte 1000 Rthlr. bezahlen müsse.** Non equidem diffitior, satis speciose hæc in foro theoretico dici. An verò in praxi ad placita hæc sententias suas Magistratus nostri sint conformaturi, hoc est quod valde dubito. Certè leges

gēs, quæ sententiæ huic pondus aliquod adjiciant in Juris Systemate non reperiuntur Vide §. 7. ff. de Injur. simpliciter æstimationem injuriam passis largientem.

Altera actio Prætorialis Criminalis, datur injuria to, adversus sacerdotem injuriantem, ad id, ut pœnam extra ordinariam luat l. ff. de inj. Quæ actio non nisi fine à priori distinguitur, ut ibi ad pœnam sibi applicandam, hic verò ad pœnam corporalem, seu ad pecuniariam quidem, sed Fisco, Ecclesiæ aut aliis piis vel publicis usibus inferendam, actor experiatur. Unde non rarò pœna carceris, vulgo Priesterlicher Behorsahm/, suspensio, imò admonitionum gradibus servatis, transpositio, degradatio, exautoratio sequi solent. Quemadmodum remoti ab officio sacerdotis, ob Elenchi, abusum præjudicum producit Carpz. Def. all. 109. n. 19.

Crucem hic sibi figunt Doctores, An Recantatio seu ad Palinodiam actio, adversus Ecclesiæ Ministros locum habeat? Negantium in se suscipiunt patrocinium Farinac. P. 3. Oper. Crim. qu. 105. n. 75. Berlich. P. 5. conclus. 26 n. 22. Theodoricus Jud. Crim. pract. cap. 2. aph. 20. n. 18. quorum rationes dudum Excellentissimi Jcti protriverunt interque illos Carpz. Pract. Crim qu. 96. P. 2. n. 19. seq. Et Jpr. Cons. L. c. Def. 101. cui adstipulatur Bardili Concl. Theoret. pract. Exercit. 31. th. 14. Modò falsum fuerit, quod objicitur, convicium, quando enim veritas criminis adest, non injungitur palinodia, licet animus pravus sit. Hilliger ad Don. L. 15. c. 24. Brunn. ad l. 21. ff. de Inj. n. 5. Sande Decisaur. L. 5. T. 8. def. 71. Farinac. Qu. 105. n. 74. quia absurdum est, ut is, qui verum dixit, veritatem recantet & revocet, seque mendacem profiteatur. Sande & Farinacius., locis proxime allegatis. Fallo autem existente

44 CAP. II. ABUSUM ELENCHI ECCLESIASTICI

crimine, omnes indistinctè injuriantes recantationis tædio mores subiciunt. Nam ut per injuriam putativè ex opinione vulgi bona fama minuitur, ita ex eadem opinione vulgi per Palinodiam restituitur. Brunn. *ad rubr. ff. de injur. n. 3.* A qua generali sanctione nusquam reperimus Clericos eximi. Sed erubescamus sine lege loqui & sine juris autoritate quicquam asserere *c. 18. in f. dr. X. de sent. excomm. in 610.* Imò quod de Prætorè jura asserunt, non debere inde injurias proficisci unde ius natum est, id quam maximè de Ministris Ecclesiæ asserendum, non debere ab ipsis injuria proficisci, unde juris Divini oracula audiri debebant. Stryk. *ad Brunnem. 1. Eccl. L. 2. c. 18 §. 63.*

39. Illud magis impeditur quæritur: Num evitari à Sacerdote Recantatio possit, per declarationem honoris an e Litē Contestatam factam? Optimum effugiendi palinodiam remedium, spontaneam de fama & existimatione injuriati contestationem & declarationem appellat. F. big. *in Proc. a Schwendendorff. revisa, c. 2. Membr. 2. Sect. 3. pag. 652.* Eandemque non in judiciis superioribus solum, sed & inferioribus, modo in principio & limine judicii, antequam lis contestetur, opponatur, attendendam esse, statuit.
41. Cujus non ficulnea allegatur ratio: Cum enim ad famæ putativè ablatae reparationem, Palinodia tendat, quid urgebit actor ulterius si ultrò & sponte offerat reus ad quod via juris compelli debebat *§. 1. de perpet. 3. temp. act. Qv in*
42. communi ferme Germaniæ praxi hæc sententia communitur. Sæpe *Decis. aur. L. 5. T. 8. Def. 7. Mey. ad Ju. Lub. P. 4. T. 4. art. 7. n. 12. Schrad. de Feud. Part. 9. cap. 4. n. 127. Carpz. l. 4. C. 42. Def. 11. Faber: in C. L. 9. T. 20. Def. 9. n. 5.* quibus variis
43. præjudiciis lucē affundit Finkelthaus. *O. 50. n. 19.* Sim alius multo

multo magis in Concionatoribus honoris declaratio viam
 Recantationi præcludet Carpz. *Jpr. Conf. L. 3. Def. 102. n. 8.*
 Et huic sententiæ si leviores fuerint injuriæ subscribo.
 Quamvis si Justiniani sequi decreta malis, suos pati videa- 44.
 tur manes, quod sola pœnitentia nemo difinat esse nocens
l. 17. §. 1. ff. de Edict. Edict. adeoq. pœnitentia injuriarum acti
onẽ non tollat. Theodor. Jua. Crim. 11. c. 2. aph. 21. n. 34. Klok.
Tom. 2. Conf. 184. n. 6. Harpr. ad §. 12. J. actij n. 88. Gail.
L. 1. O. 106. n. 11. Unde non communiter Prukman. 45.
V. 2. Conf. 16. n. 44. liqve alleg. Bajard: in adact. ad Jul clar.
§. Injuria n. 60. sed in Saxonia tantum, & aliis quibusdam 46.
judiciis eandem admittunt Struv. Ex 48: 16: 64: Mey. ad
Jus. Lubec. P. 4. Tit. 4. d. 7. n. 8. Finkelth. Obs. 50.

Famam autem cum fugillet hæc actio, Berlich. *P. 5.*
Concl. 63. Gail. O. 102: servandã hanc esse sacerdoti vult 47
 Carpz. *Jpr. Conf. L. 3; Def. 111. n. 10. 11.* Si verum fateri liceat di- 48.
 stinguendum. putaverimnum tam atrox commiserit deli-
 ctum, ut exautorari simul & ab officii dignitate removeri
 possit, & tum non video, cur infamiæ labe conspergan-
 dus non sit, qui alios bona, Viros inter honestos, opini-
 one privare, nefas sibi non duxit. An vero muneri in-
 hære sanctissimo ulterius debeat, & sic Carpzovii se-
 quendam esse sententiam dixerim, cum infamem sacra
 tractare religio non sit admiffura.

Præter Recantationem, aliud adhuc remedium in Ju- 49.
 ris prudentiæ theatrum mores invexerunt. quod Retorfi-
 onis nomine apud Doctores communiter venit. Hoc ut
 contra gradus admonitionis prætergressos male adhibe-
 tur, cum mentitus non sit, qui verum dixit, quia mentiri
 est scienter falsum dicere vel intendere *L. 1. §. 1. ff. ad Sc. Tar-*
p. ll. Menoch: Conf. 41. n. 4. & 25. & Conf. 214. n. 80. ita contra
 falsas injurias evomentem recte & licite intendi nullus



ambigo. Nam vim vi repellere licet, & defensionis modus est retorsio, quæ nemini deneganda Gail. L. 2. O.

50. 100. Carpz: *Pr. crim. P. 2. quest. 97. n. 22. 23.* Neque asserto meo decerpit, quod illis qui corrigendi & castigandi jus habent, & quibus reverentia debetur, resistere non liceat L. 3. c. patr: pot: L. 1. Cod: de Emend: propinq: Siquidem animū corrigendi hic abesse liquido apparet, quo casu nec filio contra Patrem retorsionis auxilium denegant Doctores arg:

51. L. 35 ff. de relig: & sumi: (un): Sicut nec id sententiam meam infringit, quod in continenti ut fiat retorsio pro forma ejus requiratur Gai L. 2. O. 101. n. 5 Wurmser. L. 1. Obf: Tit: 47. O 15. n. 8. Concionibus autem publice contradici leges interdican, quod Cap. 2. bujus D: ff. n. 59. demonstravi. Nam & tum in continenti fieri dicitur, cum commodè haberi potest: arg: L. 2. §. 43. ff. ad Sc: Tertyll. l. 6. ff. de calumn. Harpr: ad §. 12. J. de Injur. n. 114. Hopp. comm: ad eund: §. 12. l. de Injur. in usu mod. p. m. 853

52. Quamcunque autem actionem contra Sacerdotem intendat actor, non tamen ut in aliam descendat Parochiam concedendum est. (1) enim in privatam abire vindictam, ejus subterfugere conspectum, contra quem legitimis coram judice experimur remediis (2) scandalum facile præbetur infirmis, & ad delinquendum aperitur fenestra, si ita ex uno cœtu in alium migrandi potestas auditoribus largiatur, ut nemo Pastorum certam ipsorum & accuratam habere curam possit. Carpz. *Conf. Jpr. L. 3. Def. 105.* Brunnem. *J. E. L. 2. c. 1. M. 1. n. 7.* ibique Dn. Stryk:

54. Antequam manum de tabula demam, de modis injuriarum actionem tollendi, quædam videntur adnectenda. Acriter hic controvertitur: Num injuriarum actio expiret, si quis ab injuriante Sacerdote remissionem peccatorum

torumpetat vel sacra synaxi utatur? Affirmativa defendi 55.
 posset ex iis quæ prolixè commentatur Excell. Dn.
 Stryk : *Tr. de Jur. Sens. Dis. 9. cap. 4. n. 10. seqq.*
 Quam suam sententiam ut roboraret supponit (1) de actione
 injuriarum stricte dicta loqui, oblæsam famam compe-
 tente, non si per injuriam reale damnum nobis illatum
 (2) agi de actione injuriarum intentanda non intentata seu
 in judicium legitime deducta. His suppositis dicit: In- 56.
 juriarum actionem remissam esse, duobus potissimum
 motus argumentis, quorum (1) sequens est: Quicumque
 remittit vindictam, remittit actionem injuriarum Actio-
 enim Injuriarum saltem ad vindictam datur *L. 15. § 46.*
ff. de inj. L. 2. § 4 ff. de collat. bon. (2) ita incedit: si sola con-
 versatio & amica salutatio tollit actionem injuriarum, mul-
 to magis illam tollit injuriarum promissa oblivio. Con-
 sentiunt Bachov. *ad § 11. Inst. de Inj. n. 2.* Ekolt. *ad ff. T. de ino*
jur. §. 18. & Strykii quoque vestigia premit Hopp. *Comm.*
ad §. 10. J. de injur. A Patris tamen sententia filium recedere
in Hypomn. juris ad Tit. 1. de Injur. §. 7. non parum miror.
 Quamvis & ego, rationibus his licet obstantibus, adduci 57.
 non possim, ut in ipsius condescendam castra. Deflecte-
 re me ab hac via jubet, firmissima Moralistarum regula: Vita
 & fama pari passu ambulant, unde non minori cura & stu-
 dio, honor & famæ integritas nobis, quam vita ipsa cordi
 esse debet, *Gail: L. 2. O. 101. n. 6.* Deinde remittendus quidem
 vindicandi animus, ut semper, ita tum imprimis, cum co-
 ram sanctissima Dei facie nos sistimus, unde omnis ani-
 mirancor longe alienus esse debet, sed non satisfactio sta-
 tim publica vel privata. Quin inde sequeretur, nun-
 quam tectæ nostræ hominem injuriarum actionem institu-
 ere posse, cum omnem injuriæ oblivionem & omni tempo-
 re

58. præcipiat Deus. Ad rationes obstantes Strykii respon-
 deo (1) Injuriarum actionem non meram vindictam
 continere, sed integritatis quæque innocentia atque exi-
 stimationis defensionem Sande: *Decis: aur. L. 5. T. 8. Def. 12.*
 Harpr: *1d §. 12. Inst. d. Injur. n. 37* Et cum famæ læsio damnum
 involvat non sane parvi habendum remouetur simul
59. quod in primo suppositionis membro reperitur. (2.) non
 omnem conversationem injuriarum actioni obicem pone-
 re, sed illam tantum, quæ singularis familiaritatis
 actus complectitur, atque ultrò & ex proprio motu,
 non ex necessitate & honestatis ergò exercetur, quod ipse
 Hopp. fatetur *l. e. p. 851.* Conf: Harpr: *2d §. 12. I. de inj. n. 1. 2.*
 Et huic sententiæ calculum adiiciunt Struv: *Ec: 48. th. 64.*
 Vinn *ad §. fin. ff. J. de injur: n. 4* Sande: *l. c. Berlich: Pr. Concl:*
P. 5. concl. 71. n. 20. 21 Molin: *de Jus: §. Jur: Tract. 3. Disp: 42. n. 3.*
 Farin: *Oper. crim: Quest: 105. n. 376.*
60. Ex eodem demonstratur fonte, injuriarum actio-
 nem non censerem remissam si injurians Concionator inju-
 riati infantem baptizaverit, cum officii actus à singula-
 ri amicitia separandos esse constet. Sed quid si Con-
 61. trem eundem elegerit? quia non solent Patres nisi singu-
 62. lari amicitia nexu junctos hoc officiorum genere sibi con-
 63. ciliare, condonata injuriam puto. Aliud est iudicium,
 si votum ipsi in promovendo dederit; stylo Rostochiensis
wenn er ihnden Stuch gegeben. Ut ut enim honoristi-
 us non facile sit additurus cumulū, qui honori suo inure-
 re maculam voluit, conscientia tamen vi adtrin-
 gi potuit, ut hunc, non alium muneri
 huic parem existimaret,

TANTUM!

VIRO

Illustri, Consultissimo, Amplissimo atque Excellentissimo,

DN. CHRISTIANO ADAMO

Schleusing.

Supremi, quod Wismariae est, Tribunalis Regii
Assessori longe Gravissimo, Meritissimo,
Salutem & Felicitatem precatur
PRAESES.

Studiorum primitias primogeniti tui filii, Consultissimorum Vir Excellentissime, ex animo gratulor, sunt quidem hi fructus satis praecoces sunt tamen & satis maturi atque tempestivi. Mensis enim nunc agitur XVIII. cum filium hunc tuum, optimis perpolitum artibus liberalibus, meae in iure informationi privatae commendares atque committeres. Ex eo tempore totus in eo fui, ut solidiora juris nostri fundamenta filio, ea hianti, propinarem, quae tanta voluptate hausit, ut iis ruminandis nec dies, nec maxima noctis pars sufficeret, imo vix atque vix meis, Tuis, & excellentissimi Hospitis, Dn. D. Schaperi, nunc Academiae Rectoris Magnifici, habenis retineri, & ad valetudinis, oculorumque curam habendam adigi potuerit. Indefessos juvat labores natura eximia ac praestantissima, ut difficiliora quoque juris nostri loca atque materias, facile penetrare, percipere, in succum & sanguinem convertere, & in casibus, quotidie in collegiis examinatoriis propositis applicare potuerit. Exantlatis hisce laboribus & ad finem perductis omnibus juris privati partibus, en fructus fert elegantissimos maximeque maturos. Dissertationem enim hanc satis elegantem conscripsit, ac modesto eruditorum
exa

examine submitit, cuius solus est Autor, & Auctor, sine
ulla vocis æquivocatione, sancta enim fide testor, me ne
ullam quidem lineolam, in hac disputatione, meam agnosce-
re, nisi quod rogatus munus præfidis sustineam. Rarum
certe exemplum, omni quæque juventuti imitandum ! gloriam
tamen possum, me per Dei gratiam, in perpetuis examina-
toribus; plures jam produxisse auditores perspicaci prædi-
tos iudicio, quos quisque anno, omnes juris privati partes fe-
licissimo successu absolverint. Verum, quod sequitur, ho-
minum superat fidem, omnemque expectationem, quan-
tunc sit; Filius scilicet hic tuus, Vir Illustris, à mense octo-
bris anni M. DC. XC VII. quo matriculæ nomen dedit Aca-
demicae, non juris tantum studio, sed & collegiis Theolo-
gicis, prælucente Magno Theologiæ Doctore, maxime vene-
rando nostro Fechtio, quem omnes pii, quot quot Euro-
pa alit, in deliciis habent; Linguae Hebraicæ, præeunte plur.
Venerando Dn. Mag: Grapio; & doctrinæ physicæ ac curi-
osis recentioribus, docente Magnifico Dn. D. Schæpero in-
vigilavit, ac in singulis huius disciplinis invidendos fecit
profectus. Sunt tales disciplinae, quarum singulae totum
requirunt hominem; Hinc nunquam credidi aliquem, cum
fructu, his omnibus simul superesse posse, cum pluribus in-
tentus, minor sit ad singula sensus. Nec hodie credo, ut
felicissimo ingenio prædito, hac in parte, festigia filii esse
legenda. Filius tamen hic tuus præmaturus, omnes metho-
dos transgreditur, culmenque omnis sapientiæ attingere
properat, festinat. Faxit Deus ter optimus, terque maximus,
ut filius hic tuus natus major, famam ac in re publica literariam
meritis fiat maximus, ac illustri familiae in dies majori cre-
scat & excrescat splendori.

Dab. Rostochii Tertio Calendar. Maj. M. DC. XCIX.



zt will der Blüthen Zier der Früch-
 te Vor-Post heissen/
 In dem mit höchster Lust die Bäu-
 me schwanger geh'n/
 Wo nicht ein rauher Frost will ihre
 Pracht zerreißen/
 Wird künfftig mancher Zweigin
 voller Annuht stehn!

So kan ein muntreer Fleiß auch von dem Cranze
 zeugen

Der nach des Himmels Schluß muß statt der
 Früchte seyn/

Wen so ein Musen-Sohn will zu den Schlosse steigen/

Da nach vollbrachter Müß man tritt zu Ehren ein.
 Wie oft muß späte Nacht des Tages Schwester
 werden

Damit das beste Ziel Er einsten treffen kan/
 Er küßt vor süßem Schlass die grössersten Beschwerden/
 Biß sich des Fleisses Lohn gibt nach den Sorgen an.
 Nicht minder Behrter Freund/ will ER dem
 Fleisse dienen/

Weil dessen Schwester ER die Müß/ auch Seine
 nennt/

Der Frühling läßt den Fleiß bey IHR auch heute
 grünen

Und zeigt/ wie dessen Frucht einst einen Sommer
 kennt.


So

Sobluß Er ferner den in so beliebter Schöne
Der Himmel flösse selbst das beste Wohl-
seyn zu/
So wird dereinst auch Er/wie andre Dor-
gen Söhne
Erlangen mit der Zeit die ihm gewünschte
Ruh!

Solches haben auß verbundenen Ge-
mühte ihren Herrn Tisch-Genof-
fen mit flüchtiger Feder zusehen
wollen

Die übrigen
COMMENSALES.









zt will der Blühte
te W
In dem mit höch
me sch
Wo nicht ein raube
Wird künstig in
voller

So kan ein muntreer Fleiß auch v

Der nach des Himmels Schlu


Wen so ein Muses-Sohn will zu dene
Da nach vollbrachter Müß man t
Wie oft muß späte Nacht des Ta

Damit das beste Ziel Er einsten t
Er küßt vor süßen Schlass die grösser
Biß sich des Fleisses Lohn gibt nach
Nicht minder Behrter Freund/
Fleiß

Weil dessen Schwester ER/die Ma

Der Frühling laßt den Fleiß bey JH

Und zeigt/ wie dessen Frücht einst e



the scale towards document

Früch
eissen/
Bäu
eh'n/
ll ihre
eissen/
beigin
stehn!
rauze

tt der
seyn/
eigen/
n ein.
vester
n

rdens
n an.
dem

Seine
t/
eute

mer
So